& de testib.cū clamor.& dic vt ibi , & de hoc
etiam in Spec.de inq.§.nunc tractemus.ver.
sed nūquid publicatis,vbi tenet q̄ possit vbi
ex officio ꝓcedit, secus si aliquo ꝓponente,
vel prosequente inquisitionem, quia tunc te
neretur subornatio,& vt ibi not.potest inq-
sitor si in aliquo minus bene processerit il-
lud reuocare,& de nouo procedere, dic vt in
præd.dec.cum clam.scripsit d.p.m.Præmissa
autem in non notorijs locum sibi vēdicant ,
de notorijs vero,& forma procedendi in ip-
sis , uide quod plene scripsi in cōmento qđ
feci sup decreta vestra,de cohab.cler.& mul.
Qn̄ aūt delegationis litera impetratur sub
hac forma mandamus qtūs vocatis qui fue-
rint euocandi super propositis, & alijs nego
cijs contingentibus, [illegible] quitas quæ fuerint re
quirēda [illegible] intelligitur negocium delegatū
in modum iudicialis indaginis, non autē in
forma inquisitionis simplicis,vt de iudic. ex-
hibita.& ibi not.in 3 glos.vnde d.p.m. post.
Vincen.scripsit super ipsa gl.quod ex quo pa
tenter non constat q̄ hmōi negociū in mo-
dum cōmissionis cōmittatur, præsumitur q̄
in modū iudicialis indaginis fiat cōmissio ,
55 vbi ēt dicit in fin.† q̄ qn̄ fit cōmissio in mo-
dum simplicis inquisitionis semper cōsueuit
in ipsa cōmissione poni de insinuatinne cla-
mosa. Remittit aūt ad no.in Spec.de inq. §.
1. vers. quid si in litera . & de hoc scripsi in
mā rescriptorum.§.in 2. vero casu in fin.

SOLEMNIS, VTILIS, & quotidianus Tractatus de Excusatore sine mandato Excellentiss. V. I. interpretis, & magni practici domini Antonij de Canario.

SVMMARIVM.

1 *Excusator quis sit, & qualiter diffiniatur.*
2 *Excusatoris quale officium.*
Causa quas excusator allegare habet quomodo intelligenda.
3 *Excusator sine mandato an possit esse minor etiā & mulier.*
Excusationum triplex differentia.
4 *Excusator sine mandato ad quid admittatur, & quando. 5.*
Contumacia absentis Dei præsentia suppletur.
5 *Iudex ex officio potest probationes inducere, & supplere.*
6 *Absentia causa cur in quacunque causa per excusatorem possit allegari. Item & innocentia.*
7 *Excusator quid differat à procuratore, defensore, & nuncio.*
Nuncius est instrumentum quo vox vnius vadit in alium.
8 *Excusator nomine cuius verba concipere debeat.*
9 *Excusator si non probat quod dicit, ad quid teneatur.*
10 *Exceptiones aduersus excusatorem quæ opponi possint.*
11 *Excusator nunquid procuratorem possit constituere.*

EXcusatoris materiā vtilē ꝓsequor p
duas particulas , quarū prima ponit
qōnes ꝯcernentes excusatorē sine mā
dato simplr̄ vsq; ad q.9. Secūda ponit qōnes
cōcernentes excusatorē abn̄tiæ. vsq; ad finē.
1 Quæro igitur † primo quis sit excusator.
Rn̄deo Spec.in tit.de his qui alie. no.in iud.
inter ver.excusator dicit q̄ excusator est qui
sine mādato ad causam ad ꝓponendas excu
sationes,seu cās abn̄tiæ nō causas causæ ad-
mittitur,de elect.bonæ el 1.& Spec.in tit. de

exc

excus.dicit q excusa‸or est is qui venit ad ꝑponendum causas absentiæ alicuius, qui nõ poterat ratione sui, vel causæ procuratorem constituere, uel qui vocatus erat, vt psonalr̃ veniret, allegat prædictum ver. excus. de dolo, & cont. cum dilecti. Sed contra attende q in 1. dist. dicit sine mandato, non ideo dr̃ q causæ absentiæ ꝑ procuratorem allegari nõ possint, sed quia si mandatum hr̃et ad proponendas causas absentiæ foret procurator nõ excusator. ff. de proc. absens. & d. c. veniens. quod aũt dicit ad causam, quia causa multis modis assumit, vt not. Ioã. And. in c. cũ dil. super gl. caus. de acc. Et intellige pro iudiciali cõflictu certarũ personarũ quod dic. de ver. sig. c. forus. in verbo causa. Quod aũt subdit. ad proponẽdas excusationes, seu causas absentiæ non causas causæ minus restringit excusatoris officium, qm̃ nõ solũ causas absentiæ allegare potest, sed ẽt causas causæ patentes peracta. amplius & causas absentiæ, vt dicam in seq. q. Quod aũt vltimum dr̃, admittitur, intellr̃ sine mãdato vt præmiserat, & adde seu venerit, vt in seq. descriptione, quia si non mittitur, venire põt, vt in dicta seq. q. dicam. Quod aũt in secunda descriptione dr̃, qui non poterat rõne sui, vel causæ constituere procuratorem, vel qui vocatus erat, vt personaliter veniret, non est satis dictum, qa licet possit citatus constituere procuratorẽ ad causas causæ, vel sit citat⁹ simplr̃ q veniat non personalr̃, non ideo excluditur accusator ad allegandũ absentiam, vel innocentiã, vt patebit in seq. q. Dic ergo ut prædicta effugias, q excusator est ille q sine mandato mittitur, seu venit ad causam in iudicio ad allegãdum causas abñtiæ, seu innocẽtiæ abñtis.

2 Secundo quæro, † quid sit offm̃ excusatoris, seu quas excusationes proponere possit excusator sine mandato hmõi. Rñdit Spec. in tit. de exc. in fin. remittens se ad Inn. in c. veniens. de acc. qui in prima gl. ut ẽt ibi eum refert, & sequitur Ioã. And. super 2. gl. dicit q offm̃ excusatoris est allegare causas absentiæ facti de proc. querelam. ff. de iud. l. si prætor. Ad causas causæ necessarius est procurator cum mandato, vel satisdatione. Dicit tñ q post lit. cont. in ciuilib. vel criminalib. vel in alijs vbi proceditur lite non contest. iudex anteq̃ condemnet in defensum cõtumacem admittet quemlibet allegantẽ iura causæ ẽt minorem. & forte infamẽ. ff. de proc. l. seruum quoque. §. pub. C. de proc. l. exig. in fi. & in d. c. veniens. fuit admissus non hñs mandatum, nec satisdans, nec persona co: iũcta ad causas causæ. Causas vero intellige q̃ colligũtur ex actis in eadem causa habitus. Non. n. credit posse ꝑducere testes, vel instrũ vel alias defensiones cum ꝓcurator non sit. Secus in causis absentiæ quas probare põt, & admittitur ẽt non satisdans. Dicit ẽt q ex cusator non allegat causas absentiæ de iure puta, corã vobis non tenetur comparere, qa excõicati estis, uel non ualet. hoc. n. non per excusatorem, sed per seipm̃, vel procuratorẽ proponere debet. de rescr. super literis Io. Et sm̃ prædicta intellr̃ dictum Guil. Anglici. q̃d idem Io. And. refert in tit. de defen. sup rub. dicens defensorẽ sine satisdatione admittendum ad allegandum causas absentiæ, vȝ in-

3 tellige meri facti, † quod dictum Inn. declarans Bart. in l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. in 2. parte illius. §. in mã excusatoris ꝑmittit q talis excusator q non hẽt mandatũ, nõ curat an sit mulier, vel minor, vt not. in d. §. pub. Item non tenetur satisdare de rato. ita no. i l. in eo qd'. §. 1. ff. de re. dub. & vult Inn. in d. c. ven. Et demũ subdit q q̃dam sunt excusationes necessariæ, quæ impediunt reũ venire, vt puta, est infirmatus, vel carceratus ab alio, vel non põt transire ꝑ iter. istæ causæ põt allegari ꝑ quemlibet, nec reqritur q caueat de rato, qa velit nolit, pur sic est. quędã sunt excusationes ꝓbabiles, quę eũ excusant à ueniendo ꝓbabilr̃, põt tñ venire si vult, vt puta qa in illo loco habet inimicos, & sic excusatur à veniendo, vt l. de ætate. ad Treb. de leg. 1. l. sciendũ. §. 1. tñ si vult venire põt, tũc talis simplex excusator non admittitur sine mandato ad allegandũ talem excusationẽ, qa nescit q̃d abñs ille uelit. Quędã excusationes sunt mere volũtariæ, puta, qa tu non es merus iudex, hoc casu si reus vult põt prorogare iurisdõnẽ, ideo excusator nõ põt ꝑponere sine mãdato, cũ hoc ꝯsistat in uolũtate absentis, ita intelir̃ d. c. & dem̃ Innoc. sm̃

4 Bart. Conclusio ꝑdcõꝝ est, † q excusator admittitur sine mandato ad allegandũ q abñs non põt cõparere, sed non q nõ tenet. Amplius ex ꝑdictis patet q excusator sine mandato admittitur ad allegãdũ cãs causæ, q̃ colligunẽ ex actis in eadẽ cã factis, eo casu quo in abñtẽ põt diffinitiua snĩa ꝓmulgari in quacunque cã ciuili, vel criminali, siue excusator hmõi

hmôi sit maior,siue minor,masculus,siue fœmina,& ét infamis,siue q̃s sit absens cõtumaciter,siue nõ cõtumaciter,&sine satisdatione ꝑ d.§.publ.& ꝑ d.l.exig.in fi.q̃a ſm Inn.quilibet admittit ad allegandũ, & docendũ q̃d de iure partis,q̃a partis absentis contumacia Dei pñsentia supplet.C.de iud.l. ꝓperandũ.§.cum aũt. Et iudex non solum ꝓ se,sed quemcunque alium veritatẽ quærere debet. Sed Bart.in d.§.publ. dictũ Innoc.intelligit ꝙ vbicunque potest ſnia diffinitiua ferri in absentem quantũcunque sit causa. siue sit ciuilis siue criminalis,pecuniaria, siue capitalis,quilibet admittit sine mãdato ad ostẽdendũ de eius innocentia. Quod aũt d.§.loquat̃ in eo q̃ venit sine mandato,vel cũ mandato, maior sit siue minor,masculus,siue fœmina, seruus vel liber,cõiuncta ꝑsona,vel nõ,patet in verbo,à q̃buscunque defendi,& in verbo, quemuis verba facientem pro eo. Adde ꝙ loquatur in qualibet causa, patet ex principio d.§. q̃d aũt loquat̃ ↄtra allegantem innocentiam patet in verbo,& innocentiã allegantẽ. hanc lecturam ꝓbat Bart.q̃a ét nemine hoc petente iudex potest,& debet hoc ex suo officio facere.vt in auth.q̃ semel. C. quõ, & q̃n iud.ibi.Perquisita veritate.& in l.ampliorẽ. ꝑ.pe.C.de appell.licet gl.ibi dicat esse specia le in causa appel. Sed speciale est ꝙ in causa appellationis possit ferri ſnia in absentẽ, & ideo iudex inquirit veritatẽ ꝓ absente, & si põt suo offõ,multo magis quouis veniẽte, & de innocẽtia docẽte. Et illud vr̃ velle Inn. in d.c.veniens. Adde vt patet ex rõnibus allegatis ꝑ eũ.in quib.Bart.fundat se in d. §. 6.

5 Et ꝙ ex officio suo q̃n potest iudex ad diffinitiuam ſniam diffinire possit parte absente ꝓbationes inducere,& supplere tenuit Bar. in l.1.C.vt quæ desaduo.par.latius in l.4.§. hoc aũt.ff.de dam.infe.& in disputa.sua,quę incipit,Iudex maleficioꝝ. & ff.de pœ.l.si nõ defendant.& ff.de q̃õ.l.1.§.si quis vltro.Et si dixeris, ꝓcurator in causis relegatione supra interuenire nõ potest,vt no.in d.§ publ. & d.§.ad crimẽ,& d.c.veniens. Rñdet Bart. quẽlibet admitti ad innocentiã, nõ ꝙ possit facere aliq̃d ꝑ q̃d absenti piudicetur,& ideo nõ admittit̃ vt ꝓcurator q̃ nocet, & prodest domino,vt l.nõ solũ.ff.de proc.Sed tanq̃ q̃libet ad informandũ iudicẽ secundũ eũ,in d. §.publ.& in d.§.ad crimẽ.&in extrauagã.ad reprimen.super verbo,legitime.Nã ꝑ excusatorẽ hmõi non deducitur aliq̃d ius absentis,sed solũ ius publicum dixit Bal.in l.reos. circa fi.C.de accus.quia publ.vtilitatis est absentes à quibuscunque defendi,vt d.§. publ. Collige igitur quatuor casus, ꝙ aut excusator vult allegare causas causæ simpliciter. Aut causas causæ resultantes ex actis in eadẽ causa factis. Aut causas innocẽtię ex causa in qua ad diffinitiuã ſniam deueniri potest. Aut causas absentiæ.Primo casu nõ põt sine mãdato vel satisdatione de rato, vel ét cum mãdato,& satisdatione in causas à relegatione supra. Alijs tribus casibus,põt,vt patet ex prædictis. Et attendendum ꝙ differt allegare causas causæ resultãtes ex actis, & allegare causas innocẽtiæ. Quia primo casu admittit̃ excusator in oĩa causa. Secũdo demũ in causa in qua potest ad diffinitiuam ſniam deueniri,quia vtrũque iudex nemine fauente,seu allegãte simpliciter debet admittere vt patet ex superius alleg. oĩ.n. casu quo iudex tenet̃ seu põt,req̃rere veritatẽ ex suo officio ꝓ absente,& tenet̃ admittere quẽlibet defensorẽ, vt probant rationes Inn.& Bar.supradictæ.

6 Tertio quæro iuxta ꝓximę dicta, quare causa absentiæ potest in quacunque causa allegari, & innocentiæ demũ in causa in qua põt ad diffinitiuã ſniam deueniri. Rñdeo q̃a allegatio causæ absentiæ excludit dãnũ cõtumaciæ absentis,vt ea allegata,& ꝓbata causa differrat̃,vt dicã in q.27.quæ cõtumacia põt esse ét in causa in qua nõ põt ad diffinitiuã ſniam cõtra absentẽ deueniri, & sic dãnum cõtumaciæ q̃d multiplex esse potest,de dolo & cont.c.prout.& ꝑ totũ,& in Spec. de contum.§.tunc dicimus. Allegatio aũt innocentiæ excludit condẽnationẽ rei vt dicam in q. 11.quæ condẽnatio locũ habere nõ põt nisi in casib.in q̃b. põt ad diffinitiuã ſniam deueniri,nõ aũt excludit cõtumaciã,q̃a licet reus nõ teneat̃,seu nõ deliquerit,nihilominus cõtumax esse potest,& dãna contumaciæ pati.

7 Quarto quęro pro nominis intelligẽtia q̃d differat excusator à ꝓcuratore, defensore.& nuncio. Rñdeo à ꝓcuratore differt,q̃a excusator sine mãdato,vt dictũ est in 1.q.ꝓcurator cũ mãdato q̃ ad excusandũ tm̃ cõstitui põt,vt ff.de ꝓc.absens,& ad vnã rẽ ff.de ꝓc.l.j.§.1. A defensore aũt differt q̃a excusator ad allegãdũ cãs causæ resultãtes ex actis in eadẽ causa factis,& innocẽtiã rei,&causas absentiæ,vt dictũ est in 2.q.Defensor aũt ad totam

totā cām, vt not. Spē. in tit. de his q alie. not. in iud. inter. §. 1. ver. defensor. De nūcio aūt qa excusator cōcipit verba in persona sua, vt dicā in seq. q. Nūcius in ꝑsona dñi. Nūcius est velut pica, & organū quo mediante vadit vox vnius ad aliū, & nihil ꝑ se agit, sed dñs ꝑ eū velut ꝑ epist. ff. de cōst. pec. l. q aūt. §. fin. cū l. seq. vbi de hoc ꝑ gl. & Bart. & not. C. si qs alt. vel sibi. l. multū interest, in gl. in ver. pōt. & Spec. in tit. de ꝓc. §. vt aūt. ver. & not. ꝙ large. Hoc tñ. noium sæpe vnū ponit pro reliquo, & ꝓsertim ꝓ excusatore nā sepe excusator idē ꝓcurator, vt d. c. veniēs, dr̄ defensor, vt d. §. publ. in gl. magna, & in §. ad crimē, & in l. in eo. §. 1. ff. de reg. iu. Et dr̄ nūcius, vt d. c. bon. de cl. & d. c. ven. de acc. Nam, & ꝓcurator dr̄ nūcius, sed nō ecōuerso, vt d. Spec. in ver. & not. Ponunt̄ ꝓprie, & iꝓprie ſm subiectam mām, vt ex prædictis verbis patet.

8 Quinto quæro, † qualiter excusator debet verba cōcipere, an videlicet in ꝑsona sui vel rei cuius absentiā vel innocētiā allegat. R̄ndeo qđ debet cōcipere verba nomine suo ꝓprio. Cū rōne publicæ vilitatis nō rōne vtilitatis priuatę admittat, vt d. §. publ. & humanitatis rōne qa qlibet homo debet alij bene facere. vt ff. de fer. expor. l. seruus ea. Nā. n. ꝯstituit cognitionē inter nos. ff. de iust. & iu. l. vt vim. & ff. de app. l. nō tm̄. in verſ. humanitatis rōne, & qđ ibi no. in 1. gl. sicut dicemus in tutore. ff. de his qb. vt indig. l. tutorē. & C. eo. ti. l. polla. & qđ ibi not. in 1. gl. in ver. pupilli nomine, & in cōiuncta ꝑsona. C. de proc. l. exig. Dicēdo ego dico Titiū accusatū, seu inquisitū absentē ex tali casu iusta, & cōparere non posse, vel cū fore innocentē, & terminū ad ꝓbandū peto. Sane, & si dicerem nomine Titij dico, & c. admitti deberē, vt d. l. nō tm̄, qa intelligeret̄ nomine Titij. id est ad vtilitatē Titij, vt not. in d. l. tutorē, & d. l. polla. si tñ simpliciter cōpareret, vt p̄misi, malefaceret iudex cogere eū ad exprimendū quo nomine ageret, & cōparere, vt dicit Inn. in simili. in c. cū olim. de test. ſm Bart. in d. l. nō tm̄. Ego cōsueui dicere cōparet talis excusator, seu defensor sub ꝓprio noie, necnon excusatorio seu defensorio noie Titij, & tanq̄ vn⁹ de pp̄lo & ꝓ interesse pub. & oi mel. mō noie, & ca, & forma qb. magis, & melius possit, & debeat ꝯiūcti vel diuisim, & c. vti sivno mō possit excludi alio nō excludat, & ꝯsuetudo in p̄dictis amittit defensorē quocunq; noie cōpareat.

9 Sexto quæro † ad qđ teneat̄ excusator si non ꝓbat qđ deducit iudex sup excusatione ꝓposita pōt procedere duobus modis. Vno mō sup excusatione simplr̄ ꝓcedendo ad instantiā excusatoris, & tūc excusator non probans, de calūnia venit cōdēnandus extra ordine, sicut dicimus in denūciatore suā denunciā corā iudice ꝓsequente. ff. ad Turp. l. ab acc. §. denunc. & ff. de cust. reo. l. diuus, vbi de hoc ꝓ Bart. & in c. fin. de cal. Ac ēt debet cōdemnari in expensis, sicut condēnat̄ reus. vt no. C. q acc. nō pos. l. q de crimine, cum suo nomine compareat, vt dictū est in prox. q. & sicut cōparens in iudicio sine mādato. C. de proc. l. licet. & qđ ibi not. per Doct. Alio mō pōt ꝓcedere iudex ex suo offō ꝓ inqsitionē ꝓp illā excusationē q̄ corā eo allegat̄, & tūc perinde hr̄ ac si iudex ex officio suo mero, & simplici moueret̄, & in nihilo excusator tenetur. Quinetiam non prohibet̄ eo casu excusator esse testis sicut dicimus in denūciatore vt scripsit Bar. in d. l. diu⁹, qa dicto casu iudiciū totū fundat̄ in iudice inqrēte, q teneť, & pōt perquirere veritatē, vt dictum est in præc. q.

10 Septimo quæro, † Iuxta præmissa q̄ exceptiones opponi possunt contra excusatorē. R̄nsio patet ex dictis in p̄cedendi. q. qa si iudex ꝓcedit ad instantiā excusatoris opponi poterunt oēs exceptiones q̄ opponi p̄nt contra personā accusatoris seu cōtra personā illius q alieno noie cōparet, sicut dicimus in denūciatore, de acc. c. licet Hely. & tenet Bar. in d. l. diuus. & sic opponi poterit ꝙ est minore excōicatus, & filius ideo obstat. l. exig. in fi. C. de proc. qa est speciale ibi in filio ſm doc. q pōt cōparere sine mādato ad plenā rn̄sionē in causa patris absentis, in quā poterat ad diffinitiuā ꝓcedi licet foret minor, ergo secus in alijs, & iudex ad instantiā accusatoris seu actoris, & ēt ex suo offō poterit talē excusatorē repellere. ex suo tñ offō poterit inqrere veritatē, & sic ad sui informationē audire minorē fœminā, & quēcunq; allegantē, & sic intellr̄ lect. Bar. in d. §. pub. & qđ dictū est in 2. q. Et ex his ēt patet ꝙ excusatorem primo mō sumptū iudex tenet̄ admittere. Scđo aūt mō assumptū nō nisi vt iformet, vt dictū est.

11 Octauo quæro † an excusator hmōi possit ꝯstituere ꝓcuratorē ad excusationē ꝓpositā ꝓsequēdā. R̄ndeo ꝙ sic, qn̄ iudex ꝓcedit ad instantiam excusatoris, cū ad eum causæ periculum spectet, licet aliud sit in ꝓcuratore, & tutore

tutore qui ante lit.cont.procuratorē non cō stituunt.C.de proc.l.neque. vt cōcludit post multa argumenta, ꝓ,& ꝯtra Spec.in tit.de ꝓcur.§.1.ver. sed nunq́d defensor q licet loquat in defensore q satisdedit iudicatū solui idē in executore prędicto qui satisdare nō tenet,vt dcm̄ est in 2.q.ꝑ rōnes alie. per Spec. in d.ver.sed nunq́d defensor.& in ꝓxima q.

1 Excusator sine mandato quomodo innocentiam proponere posit.

2 Absentis probata per excusatorem innocentia, quid habet facere iudex.

3 Innocentia per excusatorem in qua iudicij parte allegari posit.

4 Excusator nunquid posit à grauamine, seu sententia appellare.

Excusator post latam sententiam comparens vtrum posit à sententia appellare.

5 Excusator appellās pro eo qui ad suppliciū ducitur nūquid posit sine mādato ꝓsequi appellationē.

6 Innocentia post sententiam in rem iudicatā trāsactam reo etiam inuito, an & quibus casibus allegari posit. & coràm quo iudice.

7 Excusator absentis quas excusationes meri facti posit allegare. 10.

8 Absentiæ causa iuxta qua dicenda.

9 Excusator absentis qui metu supplicij aufugit nunquid admittendus.

11 Absens qui dicatur, & absentia quomodo probetur. 12.

13 Absentia sola nūquid ꝓbet impedimentū iustū.

14 Excusator absentis petens terminum citationis prorogari vt absentem inueniat quē nescit vbi sit nunquid audiendus. Et quid si dicat se non inuenisse. 15.

16 impedimentum puri, & meri facti absentis quō probetur. Et an sufficiat impedimenti semiplena probatio. 17.

18 Impeditus an teneatur excusatorē mittere, quid iuris si mittatur.

19 Item si non mittat.

21 Excusator allegans impedimētum facti præcisi, nunquid audiendus.

22 Excusator in causa capitali an satisdare debeat de præsentando finita absentia causa.

23 Procurator cum mandato generali nunquid absentia causas proponere posit.

24 Absentiæ causa vtrum posit inuito absente allegari, & probari.

25 Excusator nunquid posit allegare eius absentiā contra quem petitur sententia executio.

Secunda Tractatus particula.

NOna qō circa secundam partem cōcernentem qōnes allegantes causas innocentiæ † qualiter innocentiam poterit excusator iste proponere. Respōdeo illam per quam constet reum non deliq̄sse, vt si condēnatus, vel inq́situs de homicidio probaret hoīem qui dicitur occisus superuiuere, non aūt posset proponere innocētiam per quam constaret delictum cōmissum qua cunque rōne non punibilem. puta q̄a occisus poterat impune offendi, vel delictū erat præscriptum ex forma statuti,& similia, q̄m id non posset iudex ex suo officio reo non properāte supplere,vt dixit Bart.ff. de pœ.l. absentem.in 4.q.in §. neque per excusatorē sine mandato id deduci vt dictum est in q. 2. 1

2 Decimo quæro, † ꝓbata innocentia per excusatorem q́d hēt facere iudex. Rn̄deo q habet reū absentē absoluere ſm Bart.in extrauag.ad reprim.sup verbo, ad receptionē, alleg.C.de iud.l.prop.§.finaūt.& merito q̄a constito de innocentia ēt nemine de innocentia ꝓponente,debet iudex reū absoluere vt.ff.de pœ.l.si nō defendantur.& l.vnius.§. cognitiurum.ff.de qō.vt dictum est in 2.q.

3 Vndecimo quæro, † q̄n possit innocētia allegari.Rn̄deo in quacūque parte iudicij ēt post publicationē ꝓcessus, & post ꝯclōnē in causa, cū constita innocentia totū iudicium resilit in iudice inq́rente. seu in causa cognoscente.vt tenet Bart.ff.de q.l.1.§.si q̄s vlto. & l.4.§.hoc aūt iud.ff.de dam.inf.& in d.l.si non defendantur.& in disputatione sua. Iudex maleficiorum, allegat. in 2. quæst.

4 Duodecimo q̄ro,†an excusator possit grauamine,seu à snia appellare. Rn̄deo a grauamine, seu à snia interlocutoria in cā excusationis planū est posse appellare, q̄a ad eū cāe piculū spectat,vt dcm̄ est ī 6.q.Idē à diffinitiua si subseri.excus.ꝓposita iudex sniam diffinitiuā ꝓmulgauerit eadē rōne.cū ī ea appellatiōis cā possit grauamē suū releuare.ff. de app.l.1.& grauato rīr appellatio sit ꝓmissa.C.si vt se ab hēditate abst.l.1. & de app.l. & in maiorib.ff.de app.à snia. Sed dubium est,an excusator cōparens post latam sniam possit à snia appellare.Rn̄deo non nisi ꝓ eo qui ducit ad mortem, & intra tp̄a q̄ ad appellandum req̄runtur,quo casu ēt reo inuito quilibet humanitatis noīe appellare pōt, ut l.

vt l.nō tm.ff.de app.ergo C.de app.l.ad dictos.& C.de epi.aud.l.ad duos.q humanitatis rōne exposita cōferi dicto casu beneficiū in inuitū.vt notaĉ in d.l.nō tm,in gl.vlt,&ff. de reg.iur.l.inuito.& eo.tit.c.inuitū lib.6. p Dyn.& ff.de neg.gest.l.soluēdo.p Bar.qđ in teresse humanitatis nō attenderet in alio casu,quo qs p̄iudicare posset,vt dictis iurib.no.

Decimotertio quæro p intelligentia præmisse quæstionis, & maiori declaratione no
5 stræ materię.† An excusator appellās p eo q ducit ad mortē possit appellationē psequi sine mādato.Rńdeo p concordia Bar. & Bal. q videtur in dicta quæstione contrarij,dic qđ ad plenā defensionē non admittit ne processus excusatoris p̄iudicet reo cui ius est acquisitū p appellationē.ff.an p aliū causa app.l. 1.cōiuncto d.§.ad crimē,sicut in causa principali,& sic loquitur Bal. in d.l.addictos, in fi. C.de ep.aud.ad allegandū aūt,& pbādū causas innocentiæ bene admittit sicut in causa principali.Et sic loqtur Bal.in d.l.nō tm. dū ad prędicta alleg.Bar.in l.si nō defendant.ff. ad pœn.& l.1.§.pen.ff.de qō.Nā innocentia in causa capitali ēt reo inuito allegari,& pbari pōt humanitatis rōne vt d.l.non tm, & quod ibi not.in vlt.gl.& dictum est supra.

Ex his patet qđ talis appellatio vtilis est, qa deuoluit causam ad superiorē corā quo innocentia allegari,& pbari poterit, qđ nō posset causa p appellationē nō deuoluta, & qa cū mandato poterit prosequi causam ad plenā defensionē sicut in causa principali cū reus sit in vinculis.vt dicit Bald.in d.l.addictos,&tenet latius Bart.in d.l.ad crimē,&qa si iudex à quo vellet appellatione interposita sniam exequi,posset excusator ei de facto resistere,qa p appellationē ablata est iurisdictio iudici à quo sm Inno.in c.si qn̄ de offic. deleg.quē allegat,& sequitur Bal.in d.l.addictos, de episcopali audien. ad hoc l. phibitū & quod ibi not.C.de iur.fisc.lib.10.

6 Decimoquarto quæro, † An post sniam in rē iudicatā transactā, possit excusator rei innocētiā allegare, & si possit corā quo iudice. Rńdeo, qō pcedit in causis capitalib. in qb.potest innocentia,reo inuito,allegari, vt dictū est in duab.proximis qōnib qa in alijs facit ius.ff.de statu homi.l.quantū. In quib. causis capitalib.pōt allegari innocentia post rē iudicatā inuito condēnato p ipsum cōdēnatū.ff.de q.l.1.§.si qs vltro.& in Spe. de accu.§.seq tur.ver.sed pone. licet hoc male Italici obseruent.Dicit Io.And.ibi in additionibus sic.Per quemlibet ēt posset illiā ex suo officio iudex inqrere. Sed in innocētia pbata nō posset iudex absoluere. qa nō pōt sniam corrigere.ff.de re iud.l.iudex postq,sed debet principi rescribere.vel petitionē dare in cōi,qa cōe nō recognoscit superiorē vt d. l. 1.§.fi.ff.de qōni.qđ ibi no.p Bar. Corā aūt iudice ad quē allegare innocentiā nō posset, qa ad eū non est iurisdictio deuoluta neque deuolui potest.cū ad appellandū tpa sint diuersa vt dictū est in proxima qōne.Posset tn̄ excusator p viam supplicationis principem seu commune adire vt de iudice dictum est.

Decimoquinto, Circa tertiam partē qōnis excusatoris allegātis causas absentiæ pu
7 ri,& præcisi facti,†Quas excusationes meri, & præcisi facti possit allegare. Rńdeo illas q iustā hńt rōnem.vt d.l.inter.& d.l.pen.§. ad crimē.ff.de publ.iud.Exēpla patent in l.2. ff. si qs cautio cū duabus legib. sequentib.vsq; ad.§.quantū,vt si valitudine tēpestatis maritimæ seu terrestri,vt fluminis furore,detētione,carceratione,absentia longinqua,puta vltra mare,& similia,p quæ qs præcise comparere nō posset velit nolit vt dictū est in 2. q. Oē.n.impedimentū meri, & præcisi facti iustā absentię rōnē habet vt in d.2.q.dictū est, nisi causa impedimēti fuerit vt statim dicam.

8 Decimosexto quæro,†Quid si impedimētū meri, & præcisi facti cōtingit culpa absentis,an causa absentiæ dicaĉ iusta. Rńdeo,aut culpa est præordinata ad casum cōtingētem. aut nō primo casu causa absentiæ nō est iuxta v.g.Si absens facit se capi à magistratu vel detineri à priuato,ne posset cōparere, vel in suspicione delicti ne citari posset iuit in partes lōginquas vt ff.si qs cautio.l.2.§.fi.ibi,nā ipse hoc affectauit vel cām pstitit nō pderit exceptio,Secūdo casu sic, vbi abńs deliqt in loco in quo residebat,& pp delictū captus, & in carcerat' est à magratu,vel trāsiuit p territoria hostiū,& captus est.nā talis culpa non fuit pordinata ad hūc casū seu effectū vt cōparere nō posset,vnde abńti nō est imputanda,vt ff.ad l.Rhod.de iactu l.si vehēda.§.1.& ibi not.ff.de imp.in reb.dot.factis.l.an in totū,siue iuste detineaĉ siue iniuste,&siue p magistratū iurisdictionē hńtē,siue p priuatū vt d.§.fi.in prin.per quem ibi hoc tenet Bar.& Spec.in tit.de acc.§.pen.vers.item quæritur

&

& melius in vers. quod si quis in additio. Io. And. vbi vult q defensor potest allegare absentiã banniti de alio maleficio, & pp ipsum maleficiũ absentis. Sed si foret absens suspicione maleficij de quo inquirit dicã statim.

9 Decimoseptimo quæro, † q d si suspicione delicti reus se absentauit, & casu cõtingẽte si ne sui culpa cõparere non põt verbi gra, delinquens timens pp delictũ capitale de quo diffamabat, ne caperet aufugit de ciuitate, & eius territorio, & iuit ad ciuitatẽ vicinã, vbi pp inimicitias post eius accessum surgentes inter ciuitatẽ originis in qua dr deliquisse in illa ad quã se cõtulit captus est, & in carceribus positus. An allegãs eius absentiã p ptãtẽ de maleficio inqrentẽ debeat admitti. Hic casus, & sequens in proxima qõne dederũt causam huic summulæ. Videbat. n. q sic. qa culpa fugæ nõ tẽdebat ad inimicitiã, & capturã hmõi. vt dictũ est in pcedenti pxima. q. Sed rñdebatur q licet absentia sit excusabilis pp culpã fugæ tendentẽ ad non comparendum, multa allegata fuerũt p, & cõtra. Finalr puto q admitti debuit excusator. qm excusatio puri, & pcisi facti admitti debet vt d. §. ad crimẽ. & dictũ est in 2. q. & d. §. publ. nõ obstãte culpa fugæ qa illa militaret si sola adesset. vt dictũ est in pxima q. Nã eo casu ideo excusator nõ admittit, qa fugã affectauit, & causa fugæ fuit. vt d. §. fi. Sed casus contingens capturę eũ excusat. qa illũ nõ affectauit neque causam pstitit. Et si dicat casus contingit pp fugam. Rñdetur qd fuga non debet considerari, qa non tendebat ad dictũ casum, vt in pxima qõ. dictũ est. Rursum fuga nõ reddit eũ contumacẽ, cõfessum, vel conuictum. licet reddat eũ de maleficio suspectũ. vt not. per Cyn. C. de rapt. vir. l. 1. p Bart. in l. ex Corn. ff. ad syll. & p Io. And. in tit. de præsum. in §. species. vers. violenta in additio. Spec. & dixit plene in tract. de qõ. & torm. §. 2. q. 7. & absentia prædicta habet duplicẽ causam absentio, vz fugæ, & capturæ prima iniusta, secũda iusta. Et sufficit vna causa iusta vt d. l. inter. in verbo, iusta rõne, quæ non tollitur p iniustã. Et qa si post primam citationẽ fugeret, oporteret eum iterũ citari. nec illa fuga eũ redderet cõtumacẽ pro alijs citationib. vt not. de dolo, & cont. c. 2. in gl. videbit, l. b. 6. C. quõ. & quan. iud. l. ea quæ in fi. Oportet citari ergo vt cõpareat, & cõparere possit. & eius absentiã allegari. nec fuga concludit necessario q citatus nolit cõparere, & q hodie fugiẽdo cõparere non vult cras citatus velle cõparere poterit, qa volũtas est ambulatoria. ff. de adimen. leg. l. 4. & sufficit impedimentum facti absq; eo quod appareat, an velit cõparere si impedimẽtũ cessaret, aliter nõ excusaret abñtia facti si de volũtate, nõ quod iura non reqrãt, vt d. l. inter. & d. §. ad crimẽ. & d. §. publice, & d. c. veniẽs. impedimẽtũ igr solius absentiæ in casu pposito allegari non põt, sed impedimẽtũ captiuitatis subsecutæ pp inimicitiam inter dictas ciuitates exorium sic.

10 Decimooctauo quæro † retẽtis terminis qõnis pxime pcedentis q si retentus, & captus nõ valens exire de carceribus alio modo, pmisit sub graui pœna nõ recedere de ciuitate, & fideiussores dedit, an excusator allegãs detentionẽ carcerationẽ, pmissionem, fideiussionẽ hmõi sine mandato admittitur. Rñdeo non, qa talia impedimẽta non sunt meri facti, sed iuris, q̃ allegari non pñt p defensorẽ sine mãdato, vt dcm est in 2. q. Non enim dicto casu tenet abñs facto pciso, sed obligatione de nõ recedẽdo, qua nõ obstãte cõparere põt si velit, & forsan tenet. cum pp delictũ grauius, seu capitale citet, de quo de re iud. l. ptumacia. §. pœnes. & l. 2. §. exhibendũ. ff. de cust. reo. p Bart. in disputatione sua statuto ciuitatis Lucanæ cauet. Amplius idẽ foret dicẽdum si excusator allegaret raguna mẽtũ guerræ inter dictas ciuitates exortæ. qm impedimẽtũ guerrę nõ est meri facti, sed iuris, dũ nõ allegat, q nõ possit pcise, sed q nõ tenetur pp guerram, vt dcm est. Quin et pp cões guerras patriæ non excusat quis à cõparendo, cum cõparere possit, maxime eũ saluo cõductu. tenẽt dñi de Rota eoR pclus. 327. p d. c. dilecti. in verbo, discrimina viaR, de dolo, & cont. pp inimicitias aũt personales, & capitales bene excusant vt lite non cõtest. c. accedens. de re iud. cle. pastor. illas tamen non posset excusator sine mandato pponere. qa non sunt meri facti, vt dictũ est.

11 Decimonono quæro † q s dicatur absens. Rñdeo. absens cẽr in pposito q abest à ciuitate merũ imperium hñte, sicut olim à puincia, de pœnis l. abñtem, in prin. C. de accus. l. abñtem. C. de adult. si quodam. ff. eo. l. si maritus. §. l. Iul. & qd' ibi not. Ad hoc vt qs dicatur abñs facit quod scripsit Bart. ff. de damno inf. l. 4. §. prætor ait. & l. quamuis. in v. q. & de ver. obl. l. 1. in princ. & d. §. lex Iulia. & Bald.

& Bald. in l. fin. §. vbi autem, lo. 1. C. de bon. quę lib. ad hoc l. abesse ff. de quib. cau. maio. & l. præses, cum seq. cũ gl. sua. ff. de procur.

12 Vigesimo quæro † qualiter probet absentia huiusmodi. Respondeo, probatur per famã. vt no. Spec. tit. de accusatore. §. 1. ver. sed qđ si ille. Sola enim fama, & vulgi opinio suf ficit in tali probatione dicit Bart. in extrauagãti ad reprimendũ in verbo, per edictũ, per tex. in auth. de exhibendis, & introducendis reis. §. si vero, col. 5. Itẽ iudex põt, & debet de absentia se informare, & id examine in quã terram abijsse dr̃ per dictum tex. ex eo enim ꝙ dicit abijsse dicitur apparet qđ sufficiat sola fama, vel vulgi opinio, & põt se informare iudex ẽt summatim, & parte nõ citata, secundũ Bart. in dicto verbo, & per editũ. Rursum probari potest ꝑ discussionẽ fiendã per nunciũ seu nũcios. nã sicut fit de bonis, ita de ꝑsonis secundũ Bart. in d. §. ꝑtor. & ff. de lega. 2. l. cum q dam. Ad hoc ꝙ dicitur in probatione negatiuæ in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. per Bart. & de accus. c. super his, ꝑ Innoc.

13 Vigesimoprimo q̃ro † an sola absentia ꝓbet iustũ impedimentũ, Rñdeo nõ, nisi cõcludat iustam rõnem vt d. l. inter. §. ad crimẽ. & d. §. publice. & d. c. veniens. Iustam autem rationem concludit si ex illa insurgat impedimentũ. vt comparere non posset, vt q a sit absens vltra mare, vel in loco ita remoto, ꝙ cõparere nõ posset ad se excusandũ, vt dictũ est in 2. q. & ꝑptterea oportet ꝙ probet fama absentiæ in quã terrã abijsse dicat, vt dictũ est in ꝓxima quæstione, vt sic cõcludat necessario iustã absentiã, & absentiæ rationem, simplex enim probatio absentię nihil cõcludere velut incerta ꝓbatio. de probatio. c. in præsentia. C. vnde liberi. l. non hoc. posset. n. esse absens in loco vicino, & sic cõparere posset, & processus notitiã hr̃e. sicut dicimus de citato ad domum, vt subdam in quæstione 29.

14 Vigesimosecundo quæro † iuxta ꝓmissa. Excusator ignorãs in quo loco citatus sit absens cõparet, & allegat absentiã, & petit terminũ citationis rei ꝓrogari, vt possit inuenire absentẽ, q a ignorat vbi sit. an debeat audiri. Rñdeo sic, faciẽdo primo fidẽ de citatione, ſm ea quæ dixi in 20. quæstione. quo facto debet ei terminus assignari, vt eum inueniat, & ei denũciet, vt C. vbi de crimine agi oportet. auth. qua in ꝓuincia, ſm Bart. in extrauagãti ad reprimendũ in verbo, ꝑ edictũ.

15 Vigesimotertio q̃ro † qđ si excusator dicit se diligẽter inquisiuisse, & nõ potuisse iuenire vbi foret. Rñdeo iudex ꝓcedet tanq̃ ↄtra cõtumacẽ. Nã post illã dilationẽ, siue veniat. vel mittat legitime audiẽt a's sec", vt d. auth. qua in ꝓuincia ſm Bar. in d. verbo, ꝑ edictũ.

Vigesimoquarto quæro dictũ est qualiter probetur impedimẽtum surgens ex absẽtia.

16 † Qualiter ꝓbetur impedimẽtum meri facti absentis pone carcerationis, & similiũ. Rñdeo. Iac. de Are. & quidã alij vr̃r voluisse ꝙ debeat ꝓbari plene ꝑ testes, vel instra. ff. de re mil. l. 3. §. q ad diẽ. & l. q cõmeatũ. 6. q. 1. ꝑtitium. de res. in int. c. ex lr̃is. Spec. in tit. de appel. §. nũc br̃. ver. q d ergo, vr̃ dicere ꝙ sufficiat iurm̃, quod tenuisse vr̃ Bart. ff. de excus. tut. l. scire oportet. §. sufficit, allegat de elec. q a ꝑp circa fi. ad quod 22. q. 1. c. 1. & maxime cũ vno teste. de ꝓcur. ex insinuatione, vr̃ enim ꝙ hoc casu sufficiat ꝓbõ semiplena. vt d. c. ex lr̃is, & d. c. cum Berthol. Io. And. in d. ver. q d ergo. in addit Spec. vr̃ velle ꝙ si ꝓbõ habet fieri de loco vicino reqritur plena ꝓbatio, alias sufficit iurm̃. Finaliter Gul. vt refert, & seqtur Bart. in l. 2. §. quod diximus. ff. si q s cautio. Host. Arch. & Io. And. in c. 1. de dolo, & cont. lib. 6. tenet hoc relinquẽdũ arbitrio iudicãtis, q habet ↄsiderare qualitatẽ ꝑsonæ, & impedimẽtum quod ꝓponitur, & alia adminicula, & ſm qualitatem q̃nq; exiget plenam ꝓbõnem, q̃nque exiget iurm̃. de iureiur. c. fin. & quod metus causa cap. fin. & quod notatur. 96. dist. tanta. in gl. ord. quod ſm præfatos Doct. quod ẽt sane intelligenti voluerit Iac. de Are. Spec. Io. And. & Bart. in præall. locis. Et prędicta ꝓcedunt in prin. In excusatore aũt si notitiam hr̃et absentiæ, & impedimenti ꝑ veritatem idem putarem, cum nomine suo compareat. vt dictum est in 5. q õ. Si vero certam notitiam non hr̃et oportet eum probare ꝑ famam sicut de impedimento longinquo absentiæ dictum est in 20. q. vel ad alias cõiecturas cum sufficiat probatio per coniecturas vt dictum est.

17 Vigesimoquinto quæro. † An sufficiat semiplena ꝓbõ impedimẽti. Exẽplũ constat ꝙ ꝑ mare fuit tẽpestas. ita ꝙ nõ potuit tali tempore nauigari. Bart. in l. 2. §. qđ diximus. ff. si q s cautio. dicit ꝙ nõ. Immo. debet ꝓbari qđ ipse, de domo sua recessit, & tpe debito fuit ad mare. & eo tpe tẽpestas fuit in mari, ꝑp quam fuit ita impeditus, qđ venire non potuit.

tuit.ff.de re mil.l.q cõmeatus. Vnde est con suetudo q in terris maritimis fiat ꝓtestatio q ꝑ impedimẽtũ maris nõ possit trãsire, cũ ipse sit ibi causa trãseundi sm Bar. Qđ dictũ ꝓcedit qñ ex alio facto vel nõ facto est præsumptio cõtra eũ, qđ si cessasset impedimentũ non venisset, vt in exẽplo Bart. quo nõ accedens ad mare præsumit cõparere voluisse. qa impedimentũ cõparere volentis absentẽ nõ excusat, sicut si alia ꝓsumptio nõ resultat. vt qa sit in ciuitate iuxta mare posita, vel in carcerib. qa tunc sufficit ꝓbõ solius impedimẽti. qa nemo ꝓsumit sua defensionẽ omittere, vt dixi in 17.q. Tutiũ tñ foret quod ꝓtestaret vt supra, vt dicimus in debitore ad certã diem, vt excusetur à mora ꝑ lapsum diei. ff. de constit. pec. l. item illa per Bart.

18 Vigesimosexto quæro. † An impeditus hmõi teneaꝛ mittere excusatorẽ, attẽde q ꝓcedit qñ non teneꝛ mittere excusatorẽ qđ est regulare de quo ꝑ Doct. C. de rest. mil. l. 1. & 2. §. si quis in iud. ff. si quis cau. ꝑ Gul. & Bar. & de ꝓc. c. quer. & de dolo, & conr. c. cũ dil. & ꝑ Doct. & gl. Rñdeo sic, vt notaꝛ in c. quer. in gl. in verbo, detentus, & in d. c. cũ dilecti. in gl. magna super verbo responsalem.

19 Vigesimoseptimo quæro. † Quid si excusator mittaꝛ vel veniat, & ꝓbet iustã rõnẽ seu iustũ impedimentũ absentis. Rñdeo iudiciũ differi. ff. de iud. l. si prætor. ff. si quis cautio. l. 2. §. si quis in iudic. de elect. bonæ. de dolo. & cont. cap. cum dilecti. & d. c. veniens.

20 Vigesimooctauo qro. † Quid si non mittit excusatorem vel nõ veniat excusator pro absente. Rñdeo siue non mittat. quia nõ possit. siue non mittat qa negligit, tenet ꝓcessus cõtra absentẽ. sed rescinditur ꝑ restõnẽ. Sed si cõpareret excusator, & de impedimẽto doceret ꝓcessus foret ipse iure nullus vt not. ff. de re iud. l. quæsitum ꝑ gl. & Bar. in d. l. 2. §. si quis in iud. & in d. c. quer. & in d c cum dil.

21 Vigesimonono quæro, † Quid si excusator allegat quod citatio nõ potest peruenire in notitiam absentis, vel aliud impedimentũ ꝓcisi facti, iudex vltra ꝓcedit. An valeat processus. Rñdeo sic nisi excusator obtuler. t se. ꝓbaturũ, & iudex contẽpserit. de appel. c. interposita. Saluum tñ est ius parti petendi restitutionẽ ex causa iniustæ absentiæ. C. qño, & qñ iudex l. ab eo. ff. de in integrũ rest. l. fi. & ibi notaꝛ. Non. n. est necesse ad validitatẽ ꝓcessus qđ citatio ꝑueniat in notitiã citati nisi iudici cõstet de impedimento, vel ꝑ eum steterit quo minus cõstaret sm Bart. in extrauagãti ad reprimendũ. in verbo, neglexerit.

22 Trigesimo quæro. † Excusator in causa capitali allegat causas absentiæ. iudex vult q satisdet de illo prẽsentãdo tpe quo iusta causa absentiæ poterat esse finita. An id teneatur. Rñdeo nõ qa nulla lex hoc dicit. Facit. ff. de coll. illic. l. 3. in fi. de trãs. c. 2. de sent. excõ. 15 q. lib. 6. sm. Io. And. hãc qõnẽ latius ꝓsequẽtem, & vt præmittitur concludentem in tit. de defensore super rubr. in additionib. Spec.

23 Trigesimoprimo quæro. † Absens impeditus impedimẽto puri facti cõstituit ꝓcuratorẽ ad agẽdũ, & defendẽdũ in cã capitali sed nõ excusandũ seu allegãdũ causas absentiæ. An poterit illas causas ꝓponere. Rñdeo q nõ hẽt dubiũ, qa si põt sine mandato, multo fortius cũ mãdato gñali. Sed dubiũ foret an posset cãs absentiæ iuris ꝓponere cũ ad eas ꝓponẽdas nõ fuerit expresse, & spãlr cõstitutus. quod non facit ad nostrũ opusculũ quo solũ de excusatore siue mãdato agimus. Dñi tñ de Rota eoꝝ cõclusione 326. tenẽt quod sic. Adde rõnem, qa habens certam formam mandati fecit aliqd quod valet nõ est contra sed iuxta mandatũ, vt ad ꝓpositum dicit Io. And. in tit. de excusatore, super rub. in Spec.

24 Trigesimosecũdo qro. † An causę possint cõtra volũtatẽ rei allegari, & ꝓbari. Rñdeo nõ, cũ ꝑ allegationem causaꝝ absentiæ sola cõtumacia excludaꝛ vt dictũ est in 26. q. quæ cõtumacia volẽte reo excludi non põt. Sicut dicimus in coniunctu ꝑsona quæ contra voluntatẽ dñi non admittiꝛ, vt notaꝛ in Spec. de con. pers. vers. licet aũt, & vers. itẽ qđ agit cõtra voluntatẽ, licet ad allegandum causam innocentiæ excusator reo inuito admittatur, ff. de pœ. l. si nõ def. ff. de q. l. 1. §. si q s vls. patet ex dictis in 12. q. cum duab. seq. Rõ driæ est, qa pęna cõtumacię respicit annotationẽ bonoꝝ seu dãnũ bursale, pœna innocẽtiæ respicit ꝑsonã cuius correus dñs nõ est ff. ad l. lib. homo. ff. de app. l. non tñ. Si tñ pœna nocentis respiceret bursale damnum nõ posset absentia innocentiæ allegari inuito absente, qa põt pati se dãnari, Rursus si absens posset dãnari ad mortẽ ex forma statuti, nõ posset ꝓponi causa absentiæ eo inuito, qa causa absentiæ nõ excludit delictũ, sed innocẽtia sic.

25 Trigesimotertio. † An excusator possit allegare absñtiã eius cõtra quẽ petit executio sententiæ.

fniæ. Aduerte pro decisione huius qõnis Io. And. in tit de exec: sent. §. fin. super ver. 12. in additionib. Spec. quærit an petens executionem fniæ necesse habeat admittere defensorem qui offert pro ɔdẽnato, & post argumenta ꝓ & contra cõcludit per l. 1. ff. de fide inistr. l. fideiuss. pro vend. & l. an tñ, in prin. ff. de iud. solui. ver. condẽnato fideiussore reus ad defensionem non admittit, ꝙ admitti si facere velit quod facit dñs, & aliquantulum plus. s. satisdare. Et si hoc faciet recte defendet. ff de proc. l. sed & hæc. §. def. & l. fi. de iu. l. recte def. Sed dñs aut solueret, aut annullaret fniam. Ad hoc ergo faciendũ admittẽdus est defensor. Audiet ergo dicens actorẽ hr̃e rẽm petitã vt seqtur ver. 17. vel si aliam exceptionem doli opponere sit paratus, & ꝓbare. In his. n. & similibus hoc expresso a iudice in alijs non sed fiet executio. C. de app. l. si contra maiorẽ. §. n. vellet litẽ contestari sup actione iudicati, vel facere ꝙ dñs non posset non admitteret fm Io. And. Ad propositam ergo qõnem si excusator allegaret causas absentiæ necessarias, quas allegare põt, vt dcm̃ est in 2. q. ad finem, ꝙ ɔdẽnatus posset apponere, & probare exceptiones q̃ fniam annullarent, vel ad finẽ ut solueret audiet, alr̃ nõ. Opponere aũt illas excusator nõ posset sine satisdatione de rato. Et merito, qa aliud est allegare absentiam ad finẽ differendæ executionis qđ licet. Aliud opponere exceptiones doli metus, & similia pp abñtiã, ad finẽ tollẽdæ executionis, qđ nõ licet sine mãdato, vel satisdatiõe, qa nescit an dñs velit illas opponere, vt dcm̃ est i 2. q. Posset tñ ꝓbare ꝙ fnia fuerit satisfacta ne bis fiat executio, sicut in principali põt ꝓbari debitũ qđ petit satisfactũ i cã in qua ad diffinitiuã deueniri põt, ꝑ ea q̃ dicta sunt in d. 2. q. & 3. Et si ꝓbaret ꝑnũciaret fniam nõ mereri executionẽ sicut in principali absolueret reus, vt dcm̃ est i 10. q. Et si nõ ꝓbaret puniretur, & ɔdẽnaretur i expẽsis, vt in principali dcm̃ est in 6. q. Concludit ꝙ excusator admittet ad allegandã absentiã vt dñs possit opponere exceptiones si bi de iure, vel fm formã statuti cõpetẽtes cõtra sententiæ executionem, nõ alias, vt dixi.

Explicit ꝑ ꝑ dicta tract. de Excus. sine mãdato. editus ꝑ eximiũ, ac ꝑclariss. V. I. D. D. Antonium de Canario, cuius aĩa requiescat in pace, quẽ edidit Anno Natiuitatis D. N. Iesu Xpi. 1446.

Sequuntur duo consilia in eadem materia Excusatoru, quæ cum reperiremus scripta in copia in fine suprascripti tractatus, Cum sint excellentiss. doct. Conueniens visum fuit imprimere.

Cõsilium D. Mariani Socini Señ. sup Excusatore absentis recipiẽdo.

OMnipotens Deus adsit, Spũs sanctus illuminet intellectum. Prædictam dubõnem in hmõi casibus per Senẽses iudices ad punienda maleficia deputatos frequẽter dubõnẽ fieri intellexi. Apud quos ex duplici capite dubõ oriebatur. Primo ꝑ ea quæ traduntur in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in l. seruũ quoq;. §. pub. ff. de ꝓc. in c. ven. de acc. vbi hanc mãm latissime tractaui. & in l. reos. C. de acc. Secundo oriebat dubõ vigore prædicti statuti disponentis ꝙ testes non possint produci nisi per principales. & in pñtiali recordor ꝙ in quatuor causis obtinui ꝙ admitteretur quis ad ꝓbandũ innocentiam abñtis rõne interesse reip. cuius interest potiur nocentem absoluere. q̃ in nocentem ɔdemnare. ut l. abs. ff. de pœ. & in d. l. reos cum simılib. Prima fuit qdã causa Saluatoris de Petra Mala, q̃ super platea interfecit Ludouicum de Forliuio ɔductorem gẽtium armoꝝ, quem dñs Thomas Doccij, & ego defendimus faciendo comparere defensorem ꝓ suo principali interesse reip. ne innocens ɔdemnaretur, & sic fuit liberatus, & apparet liberatio, & absolutio in archiuo publico. Secunda causa fuit cuiusdã Nicolai Antonij manumissi q̃ adhuc viuit, & mihi uicinus. Et si nũc esset in ciuitate scio ꝙ habet processum, & ɔsilium meũ pœnes se. qđ ad vos transmitterẽ, & pro posse conabor cras hr̃e. Tertia fuit cuiusdã Antonij mediarij Gasparis Petri de Verdellis. Quarta fuit duoꝝ Mediarioꝝ Benedicti Blasij Roberti, qui interfecerunt quendam virum satis robustum & fortem, qui uocabatur Nanes de Surra. quorum omnes absolutiones possumus videre in archiuo publico Bicherne. Et si diceretur non esse iudicandum exemplis, ego fateor. sed tñ hoc dixi vt cognoscatur stilus, & practica. immo etiam consuetudo q̃ est optima legum interpres. vt l. minime, & l. inueterata. ff. de leg. in c. dil. de concess. præbendæ cum alijs vulgarib. Sed omittendo exempla, dico, quod illud est clarissimum de iure, qm̃

quotiescunque contra absentem potest procedi ad sententiam diffinitiuam admittitur excusator pro absente, ne absens indebite condemnetur. Hoc uoluit Do. Ant. de Butr. in d. c. veniens per c. super his, de accusat. Vnde licet non possit interuenire procurator, tñ potest interuenire excusator. Admittitur. n. defensor absentiæ instructor, seu informator iurium absenti competentium. vo luit Ric. de Sal. in d. l. seruum quoque, in §. pub. & Bart. de Sal. in d. l. reos. C. de accusat. Quinimmo Dyn. in d. l. pen. §. ad crim. ff. de pub. iud. fortius voluit quod in omnibus ca sibus in quibus ex forma statuti proceditur contra absentem ad pœnam capitalem, pôt non solum excusator, seu defensor interuenire, sed ét procurator, quam sniam ét tenet Io. And. in add. Spec. in tit. de ꝓc. §. 1. versic. item quod causa est criminalis quasi in fi. & sic dicit tenuisse Iac. de Are. & Dyn. consuluisse. Et prędictam ét opin. sequitur nouissi me Io. de Im. in d. §. ad crim. Sed quia ꝯstaret prædictum statutum, qa procurator nô posset producere testes. Ideo obseruabimus qđ compareat vnus de populo pro suo reipub. interesse ne absens indebite damnetur, qui non admittitur ad negandū, sed ad ꝯfitendū factum prout gestū est, v ʒ homicidium, mutilationem, vel quid simile, vigore cuius côfes sionis res publica, & iudex inqrens hêt fundatam intentionẽ suã. Et sic cessat illud ꝙ ꝓ absente non debet admitti, qa non pôt uideri qua trepidatione, quo colore, quo pallore, titubatione, ac variatione reus loquatur quia predicta procedunt qñ comparens negare, secus si confiteretur, qa quo casu vt dixi fundata est intentio curiæ. Et ideo debet talem excusatiouẽ, & defensionẽ ꝓ interesse reip. admittere, & oîbus modis debet perqrere veritatem per notata 30. q. 5. c. iudicãtẽ. & in auth. qui semel. C. quô, & qñ iudex, & in l. amp. C. de app. & licet gl. ibi dicat qđ sit speciale in causa appellationis. tñ. Bar. ibi tenet contrarium. facit ét quod notat But. in l. 4. §. hoc aût iudicium. ff. de dam. inf. & quod notatur in l. si non defend. ff. de pœ. & 33. q. 8. c. occidit, & l. 1. §. fi. ff. de qô. & in l. q cum maior. §. lib. & §. seq. ff. de bo. lib. facit. l. pen. ff. de int. act. Dixi latissime in d. c. ven. Vnde ꝯcludo quo ad terminos nr̃os qđ solit' sum dare triplicẽ formã ad defendendū innocẽtẽ & euadendo formã ꝓhibitiuã dicti statuti. Prima est quã statim dixi qa côparet vnus ꝑ suo reip. interesse, & ꝯfitetur talẽ inqsitū cômisisse homicidiū ꝑdictū in inqsitione contentum, sed licuisse sibi rõne defensionis, vel qa bãnitus &c. Nã hoc casu clarissimū est ꝙ ipse dr̃ principalis, & suo noĩe dr̃ producere testes. Secunda practica est, ꝙ ipse excusator reddit iudicẽ inqrentẽ certiorẽ, & iudex ipse ex offõ suo citet, & examinet testes, qa hoc facere debet ꝑ iura superius allegata. Et qa cū versetur publicū interesse debet sup hoc impartiri offm̃ suū vt tradit in d. §. hoc ait iudiciū. & in c. ad nostrã. de iureiur. & notaĩ in l. ꝑper. §. finaût reus. C. de iud. Tertia practica est vt ipse iudex instãte excusatore, uel ex offõ suo mittat ad locum in quo inqsitus desijt, & scribat iudici illius loci, ꝙ recipiat testes quos iqsit' ꝑducere voluerit. & sic ꝯsul' ex ꝑdictis ꝯcludo, & de subscriptiõe reqsit'.

Ego Marianus Socinus Sen. V. I. D et sacri Cõsistorij aduocat' subscripsi solitoq; sigillo sigillaui.

Consiliũ D. Thomæ Doccij Sen. De contumace non condemnando probata innocentia.

Omnipotentis Dei postulato subsidio. In pñti causa Saluatoris de Petra Mala. Dico principalr̃ ꝙ duo sût videnda. Primum an in causa dictus ser Nicolaus defensorio noĩe interuenire possit ad ostendendum de innocẽtia dicti Saluatoris. Secundo, an præsupposito ꝙ possit interuenire, debeat iudex absoluere dcm̃ Saluatorẽ, si ꝑ dictum defensorẽ clare ostendat de innocentia dicti Saluatoris. Primo q̃maxime supradicta censura municipali uisa. Et quantũ attinet ad primũ omissis sup̃fluis. Dico breuissime dcm̃ defensorẽ ad innocentiam allegandã interuenire potuisse i hac causa, q̃uis capitali ꝑ text. notabilẽ in l. seruũ quoq;. §. pub. ff. de ꝓc. vbi ꝓbatur qđ q̃libet admitti ad allegandas causas innocentiæ ꝓ absente, non tñ tanq̃ ꝓcurator, sed tanq̃ defensor, licet Dyn. tenuerit idẽ fore in ꝓcuratore. Et hanc sniam de defensore tenuit excellentiss. doct. Bart. in l. pen. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. & d. §. pub. & in extrauag. ad repr. in gl. sup verbo legitime. Mouet quia ét in criminalibus nullo interueniente, si iudex ꝓcedit ꝯtra absen

247 vt dicit gl. in summa dist. 22. † quatuor pcipue dñt ordines sacri à sanctitate, castitate & ptinentia quam inducunt. pbat in c. decernimus. 28. dist. nō sic est, vbi agit de remotione ab ordine alicuius corporis, collegij, vel vniuersitatis. iuxta tit. de decr. ab ordine fac. & l. cognitionū. de var. & extraord. cog. & cū ista solutione trāseūt Mod. simpliciter in d. c. veniēs. 13. q. & in 28. col. de acc. sed illa solutio non vr tuta qa inducit dñam inter ius ciuile, & ius canonicum, attento maxime, qa
248 † vbi qs ph.bet honoribus publicis fungi, vel ab aliquo ordine remouet, fama ipsius remoti multū lædit, & causa vitæ, & famę parificant l. iusta. de manumis. vin. nisi dicas q ex quo de iure canonico pœna depositionis nō imponit, nisi ob aliqd graue delictū, nō est mirū si talis causa p pcuratorē agi non pōt. facit tex. in c. sicut nostris. de iureiur. sed de iure ciuili facilius qs remouet ab ordine,
249 q de iure canonico. Nō obst. q dixi † qa l. iusta, non pcedit in hoc casu. qa vbi p causa criminali imponit pœna pecuniaria, pōt in ea interuenire pcurator, licet ex tali cā sequat infamia. d. l. 1. ff. an p aliū causa app. Itē ex delicto publico ex quo qs infamat, si p eo imponatur confiscatio oium bonorum, vel ēt partis bonorum, pōt interuenire pcurator. vt dicunt Mod. in d. c. veniens. col. 13. de
250 accus. & † tñ priuatio omnium bonorum causæ criminali parificari vr. l. pp litem. ff. de excu. tut. & §. item pp litem. instit. eo. & est gl. ord. in l. 1. C. de reis postu. lib. 10. Vel potest alio modo rñderi ad tex. in d. c. veniens
251 ex regula. l. qui testō de testa. q hēt † q in qualibet lege p̄sumitur q termini sint habiles. cū ergo in d. c. veniēs, dicat, q causa erat criminalis, & q pcurator nō erat admittendus, necessario dicendū vr, q erat talis cā, ex qua nō poterat pstitui pcurator, attento maxime q id qđ statuit in hoc. §. est ēt statutū. de iure canonico, c. in criminib. 3. q. 5. ergo non debet induci dña inter ius canonicum, & ius ciuile, put faciunt Imo. & Mod. Sed ptra huiuscemodi conclusionem obstat text.
252 in l. capital. §. 1. ff. de pœnis. † vbi Iurecon sultus parificat pęnas respicientes æstimationē hois, pęnis fustiū. sed in cā, in qua tenuiores hoies fustibus subijci pñt, non pōt interuenire pcurator, cum non agat de pœna pecuniaria, ergo à paritate rōnis idem vr dicendum, vbi agit de remotione ab ordine,
253 † attento maxime eo qđ habet in l. cognit.

§.minuitur. vbi expresse dr̄, minuitur estimatio, vbi q̃s relegat̃, vel ab ordine mouet̃, vel cum ꝓhibetur honoribus publicis fungi, vel cũ plebeus fustibus cedit̃, sicut ergo vbi agit̃ de ictu fustium ꝓcurator ꝯstitui non põt, ita nõ poterit, & in alijs causis parificatis interuenire, & si dicat̃, ꝙ ibi fit parificatio quantũ ad hoc, vt ex dictis pœnis estimatio minuat̃, non aũt quantum ad interuentũ ꝓcuratoris, replicari põt, ꝙ regula. l. nã hoc iure, de vulg. & pup. ꝓcedit ẽt vbi datur diuersa ratio ipsoꝶ determinabiliũ, vt probari vr̃ in illo tex. & tradit moder. Dec. in l. in test. C. de testa. mil. & ideo considera, q̃a facile posset defendi hæc opin. contra cõem. nam aut volumus dicere, ꝙ vbi agitur de subijciendo plebeios ictibus fustium, nõ possit interuenire ꝓcurator, vt dñt Mod. quia agitur de pœna corporali, q̃ est maior quacũque pœna pecuniaria, nã dico, ꝙ illa regula nõ ꝓcedit in plebeis, vt Bar. dicit in l. 1. de pœ. cũ ergo de iure canonico videat̃ decisum, nõ cauillãdo literã, ꝙ vbi agit̃ de depositione ab ordine epali, vel ab alio ordine, non possit interuenire ꝓcurator. idẽ debemus dicere de iure ciuili. & maxime tenẽdo illã opi. ꝙ causa relegationis p aliũ agitari non possit. attento maxime, q̃a causa famæ, & causa vitæ æquperant̃. attento ẽt q̃a si d. l. 1. an p aliũ causa appel. includit relegationẽ, debet ẽt includere causas similes. Retenta tñ cõi conclusione, dubi

254 tari põt. Primo † an causa separationis thori p procuratorẽ agitari possit. & vr̃ tex. ꝙ sic in c. tuæ. de ꝓcur. ibi, si necessitas postulauerit, sustineri põt. & maxime q̃a ille tex. facit expressam dr̄iam, an agatur criminaliter. & hoc casu non põt interuenire ꝓcur. an vero agatur ad separationẽ thori, & hoc casu põt interuenire ꝓcurator. ita tenet hic Ang. & Imol. & idẽ Imol. in d. c. tuę. post Io. And.

255 Host. d. Ant. & alios. † sed certe verba tex. in d. c. tuæ. ibi, si necessitas postulauerit, innuũt ꝙ rĩr non debet admitti, sed p̄fati Doct. subaudiũt verbum maxime. vt in simili dr̄ in c. pastor. de off. ord. & in c. quod sedes. eod. tit. sed ista subauditio violat illũ tex. attẽto ma-

256 xime † q̃a separatio thori est multũ dolorosa. q̃a fm̃ Bal. in d. c. tuæ. sapit exiliũ, exulat. n. a viro suo, & est dura sicut mors, & ꝑditur dos. ergo non dr̄et admitti ꝓcurator nisi subesset necessitas. vt tex. exp̄sse dicit. & hoc modo in illo text. esset dr̄ia inter agente criminaliter, & agẽtem ad separationem thori. Vt primo nullo modo esset admittẽdus ꝓcurator. Secũdo vero sic vbi necessitas subesset. vt cãtat illa lr̃a. quæ ꝯdõnaliter loqtur, quæ quidem ꝯdõ debet impleri in forma specifi-

257 ca. † & quæ formã importat. l. ꝑtor ait, de co. l. bonoꝶ. nisi dicas, ꝙ ex quo in illo text. subijcitur rõ, ꝙ per ꝓcuratorem accus. q̃a licet accusatio fit de crimine, tñ non est criminalis, ex qua rõne apparet ꝙ necesse est, ꝙ subaudiat̃ dictio maxime. nisi iterũ dicas, ꝙ Papa ibi in fine vr̃ decidere, ꝙ securius ꝓcedetur, si in p̄ñtia ꝑsonaꝶ hoc fiet, cogita. q̃a

258 nullus tãgit. Circa fi. gl. † dũ allegat l. sed, & hę. §. 1. de ꝑc. aduerte, q̃a gl. sentit, ꝙ reuocare seruũ ingratũ in pristinam seruitutẽ sit cã minor relegatione, & tñ fm̃ Bar. & Imol. hoc est falsum, q̃a seruitus morti comparat̃, l. quod attinet. ff. de reg. iur. Dic fm̃ Bart. & Imol ꝙ hęc causa ex parte dñi ꝑtinet interesse pecuniarium applicandũ parti, vt. s. seruus ob ingratitudinẽ reducat̃ in seruitutem. Sed fm̃ Bal. in d. l. sed, & hæ. est q̃d mirꝶ. ꝙ ibi agatur de priuãdo aliquem bñficio libertatis, & ꝙ causa nõ sit criminalis, imò vr̃ capitalis §. maxime. inst. de c. dim. Attento maxime. fm̃ Innoc. in c. qualiter, & qñ. col. 2. de accus. q̃a

259 † de iure ciuili sunt septẽ gña pœnaꝶ. quartum tres sunt capitales. Prima est mors quæ multis modis inferunt l. aut damnũ. §. vita. ff. de pę. Secunda pœna est morti ꝓxima, vbi q̃s dãnat̃ in metallum, q̃ grauior vinculo ꝑmit, si vero in opus metalli tũc leuiori, vtraque tñ pęna, & ciuitatẽ, & libertatẽ aufert. vbi vero q̃s dãnat̃ in ministeriũ metalloꝶ, si in ꝑpetuũ, & ciuitatẽ, & libertatẽ amittit. si ad tps solam ciuitatẽ. l. aut dãnũ. §. est pœna, cũ §. seq. ff. de pœ. Sed nescio videre quare vbi agitur de pœna dãnandi aliquem in ministerium metalloꝶ. i. vt seruiat dãnatis in metallũ ad tps, talis causa nõ possit agi p procuratorẽ. Est & tertia pœna deportationis, & in opus publicum dãnationis. sed resolutio est. q̃a in hisce pœnis non agitur de cõmodo pecunia

260 rio. vt dñt Bart. & Imol. † Sed adhuc nõ quæsit aius. nam de iure canonico loco pœnæ dãnationis in metallum, q̃ non inuenit in canonibus imposita, solet q̃s vẽdi, vel redigi in seruitutẽ. de primo est casus in c. quidã cler. 81. dist. de secundo est tex. in c. eas. 32. dist. & in c. statuimus. 11. q. 1. & tñ licet hic agat̃ de cõmodo pecuniario, ista causa dr̄ capitalis, nec

nec potest agitari per procuratorem, & tñ
261 hic agit de seruitute.† Ang.hic dicit,ꝙ licet ex parte accusatoris possit interuenire ꝓcurator.tñ ex parte rei q ꝓcuratur in seruitutem,non pôt.qa ex parte ipsius rei non agit de cõmodo pecuniario. & idem pôt dici de iure can.in quo pœna seruitutis imponitur, vel melius dic, ꝙ ꝯsideratio Ang. est contra tex.in d.l.sed,& hæ. q expresse vult, ꝙ sicut patronus pôt accusare libertũ vti ingratũ ꝑ ꝓcuratorem,ita & libertus ipse pôt ꝑ procuratorem rñdere.& ideo tu dic,ꝙ vbi q s damnatur in opus metalli,vel de iure can.in seruitutẽ redigit. talis causa non pôt agitari ꝑ ꝓcuratorem, qa tendit ad vindictã publicã, sed adhuc ꝯsidera, qa contra ꝑdicta vr̃ casus in c.siqñ 2.q.6.vbi dr̃,ꝙ in causa capitali,vel in causa status nõ per ꝓcuratorem,sed ꝑ ip-
262 sum agẽdum est. † Idẽ ꝓbatur in l.1.circa prin.de asser.toll. vbi dr̃,ꝙ si q s ꝓuocet aliquẽ in seruitutẽ, ꝙ cessante assertoris difficultate,debet rñdere ꝑ se,si vero reperiat in quasi possessione libertatis, tũc pôt agere ꝑ ꝓcuratorẽ, ergo hi duo tex. vñr contrariari his,quę Bar.Imol.& ceteri tradũt.Gl.in d.c. si qñ,fatetur ꝯtrarium,ꝙ vbi dñs est in quasi possessione seruitutis,seruus pôt ꝑ se agere, vbi vero aliq s ꝓuocatur ad seruitutẽ,& ipse est in quasi possessione libertatis pôt ꝑ procuratorem agere sup isto cõtrario laborant Saly.Odofr.& cõiter antiq in d.l.1. de asser. toll. Prima datur solutio,ꝙ de iure antiquo ille cui mouebat q̃stio status poterat indistincte agere causam ꝑ ꝓcuratorẽ.hodie vero distinguit an ꝓuocatus in seruitutẽ sit in quasi possessione libertatis,&ẽt nunc pôt,secus tñ si non sit in quasi possessione seruitutis,quia tũc ſm Bal.Saly.& oẽs ibi non pôt. Sed ista solutio tẽdit ad correctionẽ l.non solũ.§.status.allegatæ hic in gl.ff.de ꝑc.Secũda datur rñsio ꝑ Io.& Azo.quam sequunt ibi Odofr. & pleriq; antiqui. ꝙ iura in contrarium allegata loquuntur. vbi seruus litigat principaliter de peculio suo, q̃ solutio confunditur ex illis iuribus. Datur tertia solutio,ꝙ seruus post litem ꝯtestacã de iure digestoꝝ pôt constituere ꝓcuratorẽ. de iure vero nouo distinguitur, aut lis nõ est contestata, & vbi est in quasi possessione libertatis pôt, alias secus. sed hæc drĩa in hac mã est verbalis. vt infra dicemus. Ego aũt arbitror posse sic dici, ꝙ post iura digestoꝝ. fuit quædam media iuris prudentia,ꝙ prouocatus ad seruitutem dr̃et hr̃e quendam assertorẽ,quæ cum assereret esse liberꝝ aduersus dñm cum prouocantẽ in seruitutem. ista aũt assertio fuit sublata ꝑ Iustin.in d.l.1.vt hodie debeat seruus ipse comparere ꝑsonaliter.secus si sit in quasi possessione libertatis.ex quo infertur,ꝙ itellectus datur per Doct.cõiter ad l.seruum quoq;.§.1.de ꝓcur.ꝙ ibi ꝯstituitur procurator,qa agitur de peculio,& administratione aliaꝝ rerũ.in l.vero infra de asser.toll.agit de periculo status,& ꝑsonæ,nõ est verus,qa in casu l. sed & hæ.agebat de periculo status,& ꝑsonę, & tñ ꝯstituitur ꝓcurator. & ẽt ꝯfunditur illa solutio ꝑ tex.in l.nõ solum.§.si status.ff.co. tit.de proc.vel melius dic,ꝙ ex parte dñi,siue ille q prouocatus est in seruitutem,sit in quasi possessione libertatis,siue nõ, causa ꝑ procuratorem agi pôt.sed ex parte ꝓuocati distinguitur eo modo quo dic t tex.in d.l.1. C.de asser.toll. Nec huic distõni repugnat tex.in d.l.sed & hæ.in fi.q̃ loqtur de liberto.
263 †Nec ẽt l.non solũ.§.status.qa ille.§.debet declarari,& distingui ꝑ d.l.1.C.de asser.tol.
264 Circa fi.gl.† dũ allegat tex.in l.nõ solum §.fin.vbi in causa suspecti tutoris interuenit ꝓcurator.rõ dicit gl.qa illa pœna est minor relegatione. sed ista solutio ſm Bart. Aug. Imol.& Bened.de Plumb.nõ est tuta,qa vbi ageretur vt tutor suspectus puniretur.iuxta l.1.cũ l.seq.de susp.tut.cum simil. de quibus hic ꝑ Bar.non posset constitui ꝓcurator,qa talis pœna esset supra relegationem, & esset quasi crimẽ publicum.l.3.§.ꝯñs.de susp.tut. tex.ergo ille loquitur, qñ agitur ciuiliter ad cõmodũ pupilli. vt tutor tanq̃ suspectus ab oĩ administratione bonoꝝ remoueatur. Sed
265 tu aduerte,† qa non vr̃,ꝙ possit agi principaliter ciuiliter q n in ꝯñam possit resultare affectus pœnæ criminalis. vbi.n.accusator tutor de suspecto,vt remoueatur.si appareat ipm dolose fuisse versatũ circa res ipsius pupilli, ad ꝑfectum vrbis vt puniat remitti solet d.l.1.in fi.de susp.tut.&d.l.§.solẽt.de off. ꝑfect.vrb.attẽto maxime,qa vt dicit Bart. ꝙ accusatio suspecti tutoris est quasi publica. Imol.hic rñdet. ꝙ ex quo principalr̃ agit vt remoueat suspectus tutor. licet in ꝯñam ob eius dolũ,& versutiã debet remoueri, debet tñ spectari id qd' principaliter agitur.l.si q s
266 nec causam.si cer.pet. † Sed tu considera ꝙ tex.in d.l.non solum. dum dicit difficile est.

potest intelligi.i.nullo modo auditur ꝓcurator.iuxta tex.in l.1.§.ff.in verbo difficile,qñ appel.sit, & iuxta gl.in c.pñtiam. de testi.in verbo difficile, & ita considerant ét Mod.in d.c.veniẽs.in 12.col.sed tex.non dicit prout ipsi ꝓsupponunt,sed ita cãtat,sed nõ fuisse ꝑ ꝓcuratorẽ suspectus accusabitur, qñ famæ causa est,& sic non vtitur verbo difficile.nec ibi põt intelligi.i.nullo modo, ꝑꝑ verba sequẽtia. ibi,nisi ꝯstet ei à tutore nominatim mãdatum. & sic illud verbũ non facile vř excludere ꝓcuratorem gñalem. & ratio quare ibi reqratur speciale mandatũ,est,qa agitur de magno ꝑiudicio. Item tex.ille vult,ꝙ vbi iudex erat ꝓcessurus oĩno contra absentem, ꝙ isto casu admittatur procurator gñalis,a-

267 lias secus, † & ille tex.est multum mẽti tenendus. fm Imol.hic,ꝙ vbi agitur de causa famæ,& æstimationis reqritur speciale mãdatum. & ex illo tex.confunditur vna ratio Bart.hic dicentis q̃ ad publ:cũ iudicium ꝓse quendum non põt interuenire ꝓcurator.qa vnusquisq; ꝑ se fidelius agit causam suam. nã illa ratio cessat,vbi qs habet speciale mãdatum,qa comparet tanq̃ picca, & organũ ipsius dñi,nec posset fidelius agere q̃ manda

268 tum speciale in forma adimplere. † Nota etiã pro eo,quod dicit Imol.hic,ꝙ vbi quis principaliter accusat̃,vt remoueatur tanq̃ suspectus,licet in ꝑñam possit puniri, cẽsetur tñ causa ciuilis, pro qua potest interuenire

269 ꝓcurator. † nam pro isto dicto facit glos. quam summæ not. Ang.in d.l.nõ solum.§.si status. vbi dicit ꝙ qñ causa principaliter est famosa,dãnatus ꝑ ꝓcuratorẽ est infamis, secus si principal̃ est pecuniaria, & in ꝑñam

270 est famosa. †sic intelligit̃.l.furti.§.si qs alieno.de infam. & rõ est,qa ex quo principal̃ cã est famę,si ꝑ interuentũ ꝓcuratoris euitaret infamia.iam sñia nullum operaretur effectum quod non ꝯtingit,vbi principal̃ causa est pecuniaria.qa fit exactio saltem pecunię.

Glos.in verbo ꝓcurator,diuiditur in quinque partes principales. In 1.parte declarat tex. In 2.adducit concordantes ad hũc text. In 3. format duas oppositiones contra text. In 4.quærit an possit constitui ꝓcurator in causa criminali ad vnũ articulum. In 5.format aliam oppositionẽ,& eam dupliciter soluit.Secũda ibi,& facit.Tertia ibi,itẽ contra. Quarta ibi,& est argm̃. Quinta ibi,item cõtra. Ex prima parte huiusce gl.colligitur cõclusio, ꝙ sicut non põt constitui procurator ex parte actoris,ita non põt ꝯstitui ex parte rei,licet ex parte actoris dicat̃ proprie ꝓcu-

271 rator,sed ex parte rei dř defensor.†Sed iste terminus ꝓcurator est latissimus.aliqñ.n.capit̃ pro ꝓside ꝓuinciæ.l.2.C.de iure fis.li.12. aliqñ ꝓcuratore.l.si in emptione.§.si de cõtrahen.emp.& pro tutore ét cap̃ ꝓcurator l.in defendẽte. ꝓut est in litera ꝓcurator.ff.

272 de auth.tut.† illud ét verbum ꝓcurare,est latissimũ,iuxta illud Apuleij,hunc.n.equulũ suũ curiose nimis ꝓcurantẽ inueni. & alibi, inqt Cato de re rust.eodẽ modo ceteras arbores ꝓcur.& alibi,inqt, Hieron.cũ Sathanas aliquẽ sua arte deceperit, & ꝓpriũ ei nõ gñ imposuerit. vltra ad vitiorũ abundãtiam nõ ꝓcurat,& sic apud Catonẽ sumit̃ hoc verbũ ꝓcurare,pro sustẽtare,apud vero Hieronymũ pro studiose curare,seu inuestigare,& nõ ab re Iurecõsulti aliqñ appellãt negociorũ gestorẽ ꝓcuratorẽ,vt est casus in l.si ego. de neg.gest.& in l.Plautius.ff.de ꝓc.cui fnię astipulatur,Cic.in lib.1.de nat.Deor. dũ dicit sunt.n.philosophi,& fuerunt q oĩno nullam hře censerent rerum humanarũ procurationem Deos. ꝓprie tñ,& stricte dr̃ procurator, fm gl.hic qui aliena negocia mãdato dñi gerit.l.1.ff.de ꝓcur. Secunda colligit̃

273 cõclusio ex hac gl. fm Imol.hic † ꝙ ꝓcurator ex parte actoris non admittit̃ sine mãdato,bene admitteret̃ vbi esset dubiũ de mãdato,præstita tñ cautione rati.iuxta no. in l.1.

274 C.de ꝓc.† & dr̃ esse dubium de mandato, fm Imol. vbi ille q asserit se esse ꝓcuratorẽ venit de lõginquo,& habet instra dñi facientia ad causam.iuxta not.ꝑ Bart.in l.3.§.duæ causæ.ff.de carb.edic.& est tex.iũcta gl.in c. coram.de off.del.ibi,cum instris eiusdem ecclesię.sed ille tex.allegatus.ꝑ Imol.nõ ꝓbat, ꝙ ille clericus q habebat instra ecclesiæ erat rector ipsius ecclesiæ.nimirũ si admittitur ad agendum. Item stat simul,ꝙ aliquis habeat instra ad causam,& tñ illa subtraxerit. attento qa vř spãle in casu.l.fi.vbi gl.de pac.conuen. vbi si marito ab vxore fuerunt tradita instra bonorũ paraphernalium ꝓsumitur eidem cõcessa administratio. pro resolutione. vide omnino Alex.in d.l.1.col.3.de proc. q dicit,ꝙ cõis opin.est cum Imol.hic,&in c.4. de prob.& rñdet ad l.fin. C.de pac.conuen. ꝙ ibi ex illa traditione sequitur, ꝙ maritus põt agere etiam nõ ꝑstita cautione rati. Sed

tu ɔſidera vltra alios ibi,& hic,quia id quod dicit Alex.poſt.Pet.& Cy.non vř tutum. qa gl.allegata hic ꝑ Imol.in d.c.corá. de off.de leg.dicit,ꝙ admittit clericus,quia erat coniũ cta ꝑſona,& habebat inſtřa,&tñ vt ibi faten tur Doct.cóiter fuit præſtita cautio rati . itẽ ad qd põderare traditionem inſtrob vbi da tur ſanguinis coniunctio inter agentẽ nomi ne alicuius,& ipm cuius nomine agitur , qa hoc caſu ſufficit,ꝙ ſit coniunctus q admittiẽ pro coniuncto.cum cautione rati . Cõis tñ eſt opi. vt dixi,ꝙ hñs inſtřa ſacientia ad cau ſam principalem admittat ad agendum cum

275 cautione rati, imò vř , † ꝙ ſi poſſet ꝓbari inſtřa fuiſſe alicui à dño tradita , ꝙ iſte poſ ſet agere ẽt non preſtita cautione rati,quid quid ſentiat Imol.hic ac Alex. & ceteri in d. l.1. C.de proc.vbi.n.quiſpiam inſtřm alicu ius debiti mihi tradit,non eſt ꝓſumendum , ꝙ mihi tale debitum donare velit.arg.l.cum de indebito.de ꝓb.& c.ſuper hoc.de renun. ergo illa traditio aliqd operetur, ꝓſumendũ eſt,ꝙ mihi mãdatum de exigendo tale debi tũ ſit,vt illa traditio quippiam operet.arg.l. ſi qñ de leg.1. Cogita ſuper ꝑmiſſis . Circa

276 †cõtrarium.l.3.C.de accuſ.accõmodantur ꝑſcribentes q̃ plures ſolutiones. Prima fuit ſolutio Mart.ꝙ in caſu d.l.3.q̃ incipit reos . erat lis conteſt.cõtra principalem, nimirũ ſi ꝓcurator interuenire põt,hic vero §.proce dit ante lit. conteſt. quo caſu ꝓcurator dari non põt,& ratio eſt qa poſt litem conteſtatã dñs , & non procurator eſt condẽnatus l.2. C.de accuſ.& l.fin.C.de iniur.ſed ſi admitte retur ꝓcurator ante litem cõteſt.tam.lite cõ teſtata cũ ipſo ꝓcuratore non poſſet dãnari ipſe dñs,tñ ante litem conteſt.repellitur ꝓ curator,vt ad diffinitiuã perueniri poſſit ad quã non poſſet lite ɔteſtata cum ꝓcuratore. attẽto,ꝙ dñs non poſſet dãnari.Sed hanc ſo lutionẽ improbant Sal.&Mod.cõiter in d.l. reos.&Imol.ac ceteri hic.vt hic plura ꝑ eos. vltra quos vř,ꝙ potius ante lit.conteſt. dřet admitti ꝓcurator : vt declinatorias,& dilato rias exceptiones poſſet ꝓponere,quę poſt li tem cõteſt. opponi non pñt,vt hř in d.c.ve niens.de accuſ. Secũda datur ſolutio ad tex. in d.l.reos,ꝙ ille tex.loqtur in ꝓcuratore q allegat cauſas abſñtiæ non aũt cauſas cauſæ , & ita ſoluit gl.in d.l.reos.& Bart.hic, & iſta vř melior ſolutio quæ dari poſſit. Tertia dat ſolutio ꝙ ille tex.debeat intelligi in illis ca

ſibus in qbus abſens põt damnari etiam , ꝙ agãt de pœna cap.tali ſtricte ſumpta.vt in ca ſu l.lege Cor.§.conſtit.ver. ſed in ſeruos.ff. ad l.Corn.de ſicar.& in l.ne diu.C.de pœ.& in extrauag.Henrici Imper.ad repr.in his er go caſibus põt intelligi.l.reos. & hanc ſolu tionem tenuit Dyn.hic. & Io. And.in addit. ad Spec.& Innoc.in c.veniens.& hęc ſolutio placet Imol.hic q ponderat tex.in l.ſeruum quoq;.§.publ.ibi,quemuis dře admitti. qui tex.innuit,ꝙ ſi qs cõpareat cũ mãdato tanq̃ ꝓcurator admittẽdus erit, ſi vero ſine mãda to tanq̃ defenſor . ſed poſſet replicari vt ſu

277 pradixi ad iſtũ tex. Secũdo † mouet Imol. ꝑ tex.in extr.ad repr.ibi dř ꝑſonaliter , vel legitime non comparuerit, quæ alternatiua vel,innuit ꝙ in crim.læſæ maieſt.vbi abſens damnari põt, poſſit quis perſonaliter cõpa rere,vel legitime,& ſic ꝑ procuratorẽ, & cũ hac opin.tranſit Alex.in conſil.116. incip. Animaduerſis ſtatutis . in 1.col.vol.2. poſt Cyn.in d.l.reos. in 3.q.cũ ſimul.de qbus ꝑ Hipp.tum in ſua pract.car.102.& in ɔſ. ſuo 60.col.1.vol.1.& ꝓ veritate pro iſta opin.vř caſus in d.extrauag.ad repr.cui nõ ſatiſfacit ſolutio Bar.dicẽtis,ꝙ ille tex.dũ dicit ꝑſona liter,vel legitime, debet intelligi ꝙ compa reat,ſi eſt ſingularis ꝑſona ea q̃ deliqt perſo liter,ſi vniuerſitas cõpareat ꝑ ꝓcuratorẽ, iu xta l.tã collatores.C.de re mil. nã ſi hoc vo luiſſet dicere Imꝑator facile expſſiſſet.ſed re plicari põt,ꝙ ille tex. neceſſario ita debet in telligi,ex quo ſupra dixi . ad hoc ſi qua cõi tas,corpus,vel collegiũ,vel aliq̃ quæuis ꝑſo

278 na deliquerit , † quo caſu non eſt abſurdũ ꝙ verba ſequentia ſi ꝑſonaliter,vel legitime cõparuerit recipiãt interpretationẽ,& decla rationẽ à verbis ꝑcedentib.l.ſi ſeruus plurii. in ſi.de leg.1.& l.vtrum . de pet.hær. dñt iñ Mod.Sen.relatis dictis Imol.hic formaliter. col.31.q.14.ꝙ opin.Imol. cõiter recipitur . quæ tñ iudicio meo non ꝓbatur vt ſupra di xi in d.§.publice.nec in d.extrauag.ad repr. nec dicãt ꝙ intelligẽdo illud extrauagãs ꝓ ut Imo.intelligit,ꝙ illa verba ꝑſonaliter vel legitime , videant pariformiter referri tã ad ꝑſonas ſingulares q̃ ad vniuerſitates, qa di co ꝙ iſta põderatio facit ꝓ intellectu Bar.nã illud verbũ ꝑſonalř cõparuerit,referri nõ pt ad vniuerſitatem , quæ non põt comparere ꝑſonalř,& ideo non põt fieri pariformis de terminatio, & regula l. nam hoc iure pro

 cedit

cedit vbi fieri pōt pariformis determinatio,
279 alias secus l.2.ff.de off.pc.†Et ideo verior vr opi. Bar. q in his casib. in quib. absens pōt dānari in causis criminib q non possit interuenire pcurator tanq pcurator, sed solū instructor seu informator ad allegandū causas absentiæ,& ad informandū seu instruendum ipsum iudicē.& hanc opi. sequitur Sal. in d.l. reos.& do. Ant. in d.c. veniens.&hanc opin. dicit esse cōem illustris perceptor meus do. Ias. in l.2.C.q test.fac.pos.col.3. vbi citat ēt Aret. hanc opi. tenentem,q̄ opi. inconuincibiliter pbari vr hoc text qui loqtur ēt in casu in quod absens poterat damnari, cui non satisfacit solutio Imo. vt supra dixi, & certe vbi crimē est graue accusatus vel inqsitus si pōt capi solet in carcerē detrudi.l.pen.& fin. C.de acc.& l.1.2.3.ff.de cust.reo.& tñ illo casu presens potest condemnari.& text. noster simplr, & absolute dicit q pcurator frustra interuenit in causa crim.& idem dr in l.1.an per alium cau. Secundo facit fm Bar. quia in causa tanti piudicij, prout est causa crimina-
280 lis, † ex quo factū pcuratoris solet obesse domino.l.non solum.in princ.ff.de pc.ergo debemus dicere q debeat admitti tanq instructor,& defensor,q a pdesse possunt, non aūt tanq pcurator,q dño nocere pōt.c.2.de cōfes. Sed huic rōni enititur rñdere Imo. hic in 8.col. q in causa tā grauis piudicij nō poterit nocere, nisi habeat specialissimum mādat arguendo per locū à matrimonio ad ca-
281 sum nostrum. † nā in matrimonio reqrit specialissimum mandatū.c.fi.de pc.in 6.& l. gnāli.de sponsal.& sic non poterit talis pcurator rñdere positionib. fm Imo. nisi habeat
282 spāissimum mandatum, † sicut ēt requirit in pstatione iurā de calumnia.c.fi.de proc.in 6.& tradit in auct.& si principales.C.de iur. cal. Sed replicari pōt q licet ad ista requirat spālissimum mandatum, pōt dici ex mente Bar. q pp hoc lex non vult q ad tale crimen psequendū, nec gnālis, nec spālis pcurator dari possit.q a non debet absenti obesse. Sed replicari pōt fm Imo. q vr vtilius ipsi absenti q negligentia procuratoris eidē noceat, q̄ q careat defensione, sicut in simili dr in l. nō solum. in fi.ff.de proc. vbi qñ pretor ēt absente tutore est, cogniturus de causa suspecti tutoris, tūc debet admitti pcurator ēt sine speciali mandato. quia melius est, & minus malum, q aliquis admittatur, q̄ q nullo admissso procedatur, nam verisimiliter melius veritas patefiet. Sed replicari pōt ex mente Bar. hic. q iudex ex officio suo poterit ab ipso instructore seu defensore querere de innocen-
283 tia rei. iuxta l.1.in fi.de quæstio† Itē vtilius erit & ēt ipsi absenti q admittatur defensor, q tñ prodesse pōt, non aūt pcurator. nā licet non possit constitui procurator ab hoie qui solum prodesse possit, tñ à lege poterit dari aliquis defensor qui prodesse poterit,& non nocere. text. est vltra alios in l. 1. & 2. C. de tut.& cur.q satis non dedit tradit Bar. in l. tutor q repertorium. in prin. de admi. tut. nam
284 † tutor accusat nomine pupilli,& tñ nō obligat eum ad pœnam talionis.l.2. C. de acc. Non obst. tex. in l. non solum.§.fi.q a ibi nō agit de pœna corporis afflictiua sicut in casu
285 nostro.& perfecto tu considera † quia veritas dependet ab hoc, an q possit ferri sñia cōtra absentē sit inductū in fauorē vel in odiū ipsoꝶ absentiū. ergo non debet posse admitti procurator, quia vt dicit Bar. in extrauag. ad reprim. statuta Italiæ permittunt absentē pp contumaciam condemnari. sed si posset comparere per pcuratorem, non posset dici cōtumax.& ideo melius est vt rei publicæ satisfiat q nō agitet causa criminalis, pcuratorē, q a iudex ex inspectione in faciē,& psonā rei multa cognoscere poterit, videlicet qua trepidatione, quo colore loqtur vt l.de min. §.tor.ff.de qō. facit.l.3.ff.de test. & maxime exverbis rei respondemus, vt in dictis iurib. quæ cōprehendere ex verbis pcuratoris nō pōt, cū ipse innocens sit nec inspicit rei præsentia ex quo non rñdet. arg.l. in lege. ff. de cōtrahen. empt.& l. nec vlla §. qđ si q s. ff. de peti. hær.& l.2.§. furiosus. ff. de iure codicil.
286 Circa † fi. gl. habes cōclusionē q ad testes pducendos, seu repetēdos, vel ad aliū articulum præterq̄ ad sñiam, pōt constitui pcurator. idem sentit gl. fm Imo. in l. cuiusdā per illū text. C. de acc. vbi dominus pōt defendere seruū,& interuenire p seruo.& ad hoc ēt Bart. hic in 2. q. allegat gl. in c. liceat. de acc. voluit allegare in c. veniens. eo. tit. Bart. vero hic cōcludit q vbi reus est incarcerat' q tūc ad hos articulos pōt pcurator constitui. & idē vult Bart. in l. non solū. de app. & idē fm Alex. hic tenent Guido de Suzar. & Odofr. quos citat Gand. in tract. malefic. in rub. 21. q volunt q p carcerato possit cōstitui pcurator pterq̄ ad lit. cont. sed difficultas cōsistit in

in eo qđ dicit gl.an admittaṫ procurator ad ꝓducendum testes ꝓbatorios vel reprobatorios, & cōis resolutio vr̄ esse ſm Imo. hic ꝙ in his casib.in qb.absens nō pōt dānari tunc nō debet cōstitui ꝓcurator ad aliquē articulū concernentē merita causę. Sal.vero in d.l. reos.indistinctè tenet ꝙ nō possit admitti ꝓcurator nec ad ꝓducendū testes, nec ad rn̄ndū in causa, nec ad aliquē articulū.q̄ opi.probari vr̄ in hoc text.dū dicit ꝙ nec ad crimen publicū ꝓsequendū, nec ad defendendū reū pōt admitti ꝓcurator. cū ergo ista oia tēdāt ad ꝓsecutionē criminis, &à quo remouet̄ genus, remouet̄ quęlibet eius spēs. vt dicit hic Bart.ꝑ l.1.§.1.de suis, & legit.& l.si chorus. de l.3.&suadet̄ hęc opi.qa vr̄ spāle in casu l. si.de iniu. Ego sum huiusce sn̄iæ quidqd sentiant Mod.in d.c.veniens, post Imo. hic quē formalr̄ sequunt̄, ꝙ siue absens possit dānari siue nō. ꝙ nullo modo possit cōstitui ꝓcurator nec ad ꝓducendum testes ꝓbatorios vel reprobatorios.vt hic gl.loq tur, minus ad petendū.qa in hisce articulis totū pondus causæ vr̄ consistere.nec ꝓ ista facit text.in l.si cui usdam. qa ibi admittiē dn̄s ad defensionem serui pro suo interesse pecuniario. prout dr̄ in l.seruus. & in l.sciendum supra eo.& in l. Lucius.de app.& tradit Bart.hic in 4.col. in vers.item oppono.& eod.modo pōt interuenire abbas pro monacho, &pater ꝓ filio.nō vr̄ ergo tenenda distinctio Imo.&Mod.Sen̄. in d.c.veniens. qui faciunt dr̄iam an absens possit condēnari, & tunc possit interuenire ꝓcurator, secus si non pōt.quia iste text.loquitur ēt vbi sn̄ia pōt ferri in absentē.& tex. in l.1.qn̄ causa ꝑ alium, vr̄ ēt loqui indistinctè.&militat semper illa rō potissima ꝙ ꝓhibet constitutio ꝓcuratoris rōne maximi prę iudicij.attento maxime, quia vr̄ spāle in casum l.non tm̄.de app.ꝙ admittatur procurator ad appellandum pro incarcerato.de quo tn̄ dic vt supra dixi.Posset tn̄ sic subdistingui ꝙ in his casibus in quib.absens dānari pōt, si permittatur ꝓcurator in his articulis in quibus nō potest fieri magnum præiudiciū ipsi principali, vt ad producendum capitula ꝓbatore, sed non ad rn̄dendum positionib. nec ad ponendum.vt volunt Cyn.& Salic.in d.l.

287 reos.† quia ponens vr̄ fateri cōtenta in positionibus.secus est in illo qui articulat. c. 1. & 2.de confes.sed nō poterit interuenire nec ad litem contestandā, nec ad alios actus substantiales iudicij tangentes examinationem criminis.de quibus in l.2.& in l.fi.C.de acc. Item potest interuenire ꝓcurator ad aliqua præparatoria quæ fiunt ante litem contestatam, de quibus in l.denunciasse.§. si per ꝓcuratorem ff.de adult.& in l.etiam §.plures, de manu.vin.& rō est in dictis ꝑparatorijs, qa non possunt multum obesse ipsi principali.

Circa primam quęstionem Bart.extra gl.

288 elici possunt duę cōclusiones.†Prima sit cōclusio.ꝙ pro homicidio pōt imponi pena pecuniaria.de qua cōclusione vide plene. Alex. in l.1.qđ q̄sque iur.vbi plura scripsi.&Barb. in c.fi.in 6.col.de consue.Secunda sit conclu

289 sio, † vbi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ꝙ possit interuenire procurator. & est aduertendum ſm Imol. col.10. ꝙ vbi pro crimine venit imponenda pena pecuniaria de iure cōi, licet in subsidium possit imponi pęna corporalis. potest tn̄ interuenire ꝓcurator l.1.ff.an per alium causæ app.& l. 2. C.de proc.nec consideratur ꝙ per accidens, & in subsidiū possit pœna pecuniaria in corporalem commutari.iuxta l.si quis id quod. §.in seruos.de iurisd.omn.iud.& l. fin. de in

290 ius voc.& c.finem litib.de do.& cont.† qa debet considerari causa originalis, non aūt accidentalis.l.3.§.qui habet.ff.de tutel.& debet spectari id quod principaliter agitur.l. si quis nec causam.ff.si cer.pe.sed à primordio tituli posterior formatur euentus, & hæc est cōis omnium opin.vt Mod.dicunt in d.c. veniens.col.10.& facit ꝓ hac opin.l.non solū. in fi. de proc. vt in causa suspecti tutoris pōt interuenire procurator. Sed huic cōclusioni

291 † obst.id, quod Bal.dicit in l.reos.ver.quæro quid in pœna arbitraria.C.de acc.vbi qn̄ pro crimine imponitur pœna arbitraria siue à lege siue à statuto, licet actu crimen ipsum non sit capitale, ex quo tn̄ potentia potest effici capitale.iuxta gl.in §. in summa. inst.de iniur.quæ vult ꝙ iudex pōt arbitrari vsque ad mortem, tale crimen censetur capitale, & non pōt interuenire ꝓcurator, augetur difficultas. nam quia pro iniuria potest imponi pœna supra relegationem, tale crimē censet̄ capitale l.fin.ff.de iniu.† dic pro resolutione ꝙ id quod dr̄, ꝙ ille qui nō habet in ære luat in corpus, ꝓcedit in debitore. q laborat inopia. Item in debitore eo inuito non pōt cōmutari pœna pecuniaria in corporalem, ſm Bal.& Alex.in l.fin.de in ius voc.nec est præ

sumendum

sumendum q velit eligere pœnam corporalē, & ille malus euentus non debet ꝯsiderari. l. inter stipulantem. §. sacrā. de verb. oblig. & istud quod q non hēt in ęre luat in corpus, est quodam ius extraordinariū, qđ nō debet haberi in ꝯsideratione. l. Scio. §. medicus. de annuis leg. q a ꝓsumptio non est q reus effi ciat non soluēdo. l. si defunctus. C. arbit. tut. Secundo est aduertendum q aliqñ imponitur pœna pecuniaria ex delicto virtute statuti, ꝓ quo tñ à lege cōi pœna pecuniaria im ponebatur. & tunc dic ꝓut supra dictum est.
293 Tertio † aduertendum est sm Bart. hic, quòd vbi ꝓ homicidio imponiť pœna pecuniaria q ex parte rei potest interuenire ꝓcurator, quia vbi venit imponenda pœna pecuniaria ꝓ homicidio, cessat rō prima ꝓhibitiua ꝯstōnis ꝓcuratoris, de qua hic ꝑ gl. cessat ēt alia rō assignata per Bart. in extrauagan. ad repri. in verbo legitime. nam si ꝓcurator ad pœnam pecuniariā ꝯdemnabiť, illam repetet q nñ est vbi pęna corporis afflictiua posset imponi. Cessat, & alia rō assignata hic ꝑ Bar. ac fere oēs rōnes quas supra dixi cessare videnť. & opi. Bart. hic est cōiter recepta, hanc tenent Bald. Saly. & cōiter ceteri in l. reos. C. de acc. & do. Ant. & cōiter Cano. in d. c. veniēs. est verum q Guido de Suzar. in l. seruū quoq;. §. publice, amplectiť sententiā ꝯtra Bar. hic, & dicit se vidisse iudicari ꝑ, & ꝯtra, & moueť primo ꝑ hūc tex. q gñalř loquitur, quòd in publico iudicio procurator ꝯstitui non possit, sed rñsio colligitur ꝑ locum à cessante rōne huiusce. §. ergo cessat eius dispō. l. adigere. §. quamuis. de iure pat. attento maxime vt supra diximus, q a ꝓ crimine publico ꝓ quo pęna pecuniaria imponiť, non dať ꝓcurator. Secūdo moueť Guid.
294 de Suza. † nā licet ꝓ homicidio imponatur pœna origine tñ est delictum publicū. ergo spectāda est origo. l. 3. C. ad Maced. & l. si ꝓcurator. ff. man. & ıō dicit tex. in l. clā possidere. vbi origo possessionis spectanda est vbi Ias. in 6. not. infert ad plures. q. suadetur sm
295 Guid. de Suzaria. † q a pœna succedēs in locū alterius pœnæ debet sapere eius nãm. l. si donator. §. si sponsus. ff. de don. inter virū, & vxo. sed rñderi pōt. q id qđ dř q origo spectanda est, ꝓcedit vbi accidens naturę nō ꝯtradicit, alias attendiť accidens, non aūt originalis nā. vt Bart. dicit in l. 1. §. remouet. ff. de postul. & idē Bart. in l. 3. §. q hēt. de tutel. cum sim. de q bus per Alex. in l. si quis posthumus. de lib. & posthu. & tradit Cy. Bal. & Paul. de Cast. in l. si eadē, vbi dixi. ff. de offic. assess. & ideo dicit Bar. i l. ij. §. hæc actio. si q s
296 test. liber esse ius. fuerit. q † id qđ dř q sub rogatū stat in nā sui principalis, ꝓcedit qñ subrogatū nō trāseat in aliā rē alterius naturæ, facit l. cū in fundo. §. si fundus. ff. de iure dot. melior est solutio q in subrogatione cessat rō ꝓhibitiua ꝯstitutionis procuratoris.
297 Sed huic † conclusioni aliud est qđ fortius obst. nā vt Bar. dicit in l. 1. ff. vi bono. rapt. ꝑ l. quoties. ff. de act. & obl. vbi à statuto ꝓ homicidio imponiť pęna pecuniaria, nō vř recessū à pęna iuris cōis. & fuit opi. originalis Vber. de Bob. i lib. cauillationū. & Io. de Deo. quos citat Io. And. in add. ad Spec. in rub. de fur. ad quā alleg. tex. in l. 1. 2. & 3. ff. arbor. fur. ceff. Tu dic q ꝯtraria opin. est verior. q imò videať recessum à pœna iuris cōis q probari vř in l. 2. ad l. Aq l. vbi late Flor. ꝑ illū tex. & ita tenent cōiter antiq in l. sepulchra. C. de sepul. vio. quo casu cū nō sit in ptāte iudicis imponere pœnā corporalē, aut pecuniariā, poterit interuenire ꝓcurator sed ꝓsupposito q sit in electione iudicis imponere aut pęnā corporalē aut pecuniariā. dico q spectanda erit forma libelli accusatorij, & ei ꝯclusio, q si ꝯcludat ad pœnā corporalē habebit locū; §. noster. secus si pecuniariā. in casu vero dubio pōt id dici qđ dixi supra de actione iniu
298 riarū. Quarto † aduertēdū est inquātū Bar. ꝯcludit, q vbi ꝓ delicto imponiť pęna pecuniaria si tale delictū est publicū, pōt interuenire ꝓcurator ex parte accusatoris, sm dictiōnem l. si cui. ff. de verbo. sign. & l. licet. ff. de ꝓcur. & in l. in populari ff. de popul. act. nā ex quo iudiciū publicū tendit ad vindictam publicam, & q libet de populo pōt agere frustra ad crimen publicum ꝓsequendum pōt interuenire ꝓcurator, q a ipse ꝓcurator ꝯstitutus est ita dñs accusationis sicut ipse ꝯstituens. ideo lite ꝯtestata pōt procuratorē ꝯstituere, & hoc est qđ dicit tex. in l. qui popu
299 lari. ff. de popula. act. q † ille qui conuenitur actione populari ad defendēdū, ꝓcuratorē dare pōt, sed agens non pōt nisi post litē ꝯtestatam. Sed ista opi. Bart. non vř tuta sim
300 pliciter loquēdo, q a † text. in d. l. licet. vult q vbi q s agit ꝓ interesse suo, vel suā, & suorum iniuriam ꝓsequiť, q possit ꝯstituere ꝓcuratorem ēt ante litem ꝯtestatam. Item in publicis

publicis iudiciis non pôt,et post litem conte
statam interuenire ꝓcurator.nisi dicas ꝙ il-
lud est verum,vbi imponit̃ pœna corporis af
flictiua.Secundo p̃dictis ob.& vr̃ ꝙ et ex par
te accusatoris possit interuenire ꝓcurator,si
cut ex parte rei. Primo qa in iudicijs est ser
uãda equalitas l.fi.C.de fruct.& litis expen,
& ꝑ regulã l.non debet actori.ff.de reg.iur,
sed dat rõ diuersitatis q̃ colligit̃ ex d.l.q po
pulari actione.ff.de popul. actioni. Tertio
301 ob.qa vr̃ ꝙ †vbi statutum ꝑ delicto publi
co imponit pœnã pecuniariã, ꝙ desinat esse
delictũ publicũ.vt ꝓbari vr̃ in l.2.ff.de con
cuss.fm vnum intellectum gl.quem ibi Bar,
refert.Sed ad istũ text.r̃ndet Bar.in l.1.in 4.
co.in ver.sed ꝯtra hoc.supra eo.tit.ꝙ aliqñ
statutũ imponit nouũ nomẽ ipsi delicto, vt
qa falsitati imponit nomẽ ꝯcussionis,& isto
casu dãnatus ex tali delicto, qđ desinit esse
publicũ nõ efficit̃ infamis,& in tali delicto ꝑ
quo imponit̃ pœna pecuniaria pôt ꝯstitui
ꝓcurator, aliqñ vero ꝑ statutum vel legem
nouam pœna publici iudicij tm̃modo altera
tur,remanente tñ nomine delicti. vt qa pro
homicidio imponitur pœna pecuniaria. vt
hic Bart.dicit. & isto casu non desinit esse de
lictum publicũ. & istud ꝓbat̃ fm Bart. in d.
l.2.in 3.col. nam hodie alterata est pœna l.
Iul. de adult. & tñ non desinit esse delictum
publicum l.quamuis. C.de adul. iuncta auc.
sed nouo iure.C.de adult.& idem ꝓbatur in
l.si qs hoc genus.C.de episc.& cler.iũcta auc.
ibi posita.in casu ergo Bar.hic licet ꝑ homi
cidio imponat̃ pœna pecuniaria,tñ tale cri-
men non desinit esse publicũ,& isto secundo
casu ꝓcedit id quod dicit Bar.hic, ꝙ vbi qs
vult accusare homicidã ex lege publicoꝝ iu
dicioꝝ, non pôt ante litẽ ꝯtestatã ꝯstituere
ꝓcuratorem,secus post, nisi ꝓsequatur pro
priam iniuriam rõne proprij interesse. vt su
pra dixi, & cum Bart. transit dom.Ant. in
d.cap.veniens. & cõiter Scriben. & Fed. de
Sen.in cons.208. Cogita super præmissis..
302 Circa secundam q̃stionem Bar.† an vbi in
defectũ pœnæ pecuniariæ imponit̃ pœna cor
poralis,possit interuenire ꝓcurator, vtputa
statutũ dicit,ꝙ ꝑ homicidio qs puniat̃ pœna
centũ libraꝝ, quam si non soluerit infra mẽ
sem,afficiat̃ pœna capitis.& Bar.distinguit ali
quos casus.Primus casus est,vbi imponit̃ pœ
na capitalis ex eadẽ lege.& tũc nõ poterit in
teruenire ꝓcurator.qa pœna nõ soluta tema
net caput in obligatione l.1.§.itẽ si ita.ff.ad
l.falc.facit l.obligationum fere.§.fi.Secũdus
303 casus est.fm Bart. † qñ in defectum pœnæ
pecuniariæ lex mandat per officium iudi-
cis imponi pœnam capitalẽ,& tũc nõ est cri
men capitale,& maxime qñ hoc exprimit̃ à
lege.l.qcũq̃.C.de ser.fug. Tertius casus est,
qñ pœna à lege imposita auget̃,& isto casu,
vbi augetur pœna non ex illa lege q̃ origina
liter pœnam imponit,& tũc spectari debet il
la prima pœna ad cognoscendũ an sit capita
lis,vel non capitalis. vt ꝓbari vr̃ in l.si qs in
iuriã.ff.de iniur.& in l.1.de in litẽ iur. Quar
tus casus est.vbi pœna primo loco imposita
nõ nouat̃ ꝑ secundã. sicut in primo casu.sed
statutũ dicit facienti tali delictũ imponat̃ talis
pœna,quã teneat̃ soluere infra 10. dies,& si
nõ soluerit infra 10. dies puniat̃ in quarto
pluris. nã ex quo statutũ dispositiue loquit̃
ꝙ ꝯdẽnatus teneat̃ illã soluere infra 10. dies
illud quartũ plus ꝯsiderari nõ pôt vt pœna de
licti,sed est pœna ꝯtumaciæ:si nõ soluat,secus
tñ est vbi statutũ loquit̃ ꝯdõnaliter.vt qa di
cit,si qs cõmiserit falsum. puniatur tali pœ
na,quã si nõ soluerit infra 10.dies puniat̃ in
quarto plur.nã illud quartũ plus cẽset̃ pœna
delicti qualificati, quia si iste condemnatus
non soluat infra 10.dies non dr̃ in aliqua ꝯ-
304 tumacia.Circa †duos primos casus aduer
te fm Io.de Imo.in d.l.2. qa vr̃ ꝙ Bart. im-
ponat legem verbis,& nõ rebus ꝯtra l.2. C.
cõia de leg. qa regula trita est, ꝙ non cura-
mus de modo, dũmodo sequat̃ effectus. ex
quo.n.vtroq; casu loco pœnę pecuniarię sub
rogari vr̃ ipsa pœna capitalis.ergo debet iudi
cari crimẽ capitale, ex quo pœna capitalis ꝑ
eo imponi pôt.arg.l.sufficit de ꝯd. & demõ.
305 nec ꝓbãt aliqd iura allegata ꝑ Bar.†& pri
mo tex.in l.1.de in litẽ iur.qa ibi ob ꝯtuma
ciã non restituẽtis auget̃ ꝯdẽnatio.hoc.n.est
qđ ibi dicit tex. nõ.n.pluris fit ꝑ hoc,sed ex
ꝯtumacia æstimabit̃ vltra eius preciũ. sed in
casu nr̃o pœna capitalis siue imponat̃ à lege,
siue sit imponẽda à iudice.qa lex hoc expres
se dicit vtroq; casu vr̃ ꝙ ex quo crimẽ pôt es
se capitale,ꝙ non debeat interuenire ꝓcura
tor.nec aliqd faciunt l.quicunque. & l. si qs
iniuriã.qa ibi fm ordinatã,& regulatã dispo
sitionẽ nõ erat imponẽda pœna corporalis.
sed extra ordinẽ,& in subsidiũ,& talis malus
euentus spectari nõ debet.Sed Imo.& Mod.
in d.c.veniens.q cum formal'r sequunt̃,non
respondent

tendent rōni Bart.q̃a vbi imponitur pęna cē tum librarū.& si non soluerit infra 10. dies puniatur in capite illico q̄ est ↄtumax, talis obligatio censet̄ nouata,&transfusa in pęnā capitis.l.obligationū fere.§. fi. secus tn̄ est, vbi lex mādat solui.&si nō soluat imponit iu dici vt ipsum delinquētē pęna capitis afficiat q̃a isto casu non est facta nouatio ipso iure, q̄nquidē esset possibile,vt iudex ipse illā poe nam non imponeret.nec est verum id q̄d di cunt Imo.& Mod. q̄ iste casus vt q̄s efficiat̄ nō soluēdo vt luat in corpus, nō debeat spe ctari.q̃a malus euētus ad ꝓuidendū ne iudi ciū reddat̄ elusoriū spectandus vr̄ l.gn̄alr̄.§. si q̄s seruo pignori dato.ff.de fideic.lib. Pro

306 †resolutione dictoꝝ Bar.in d.l.2.ↄsiderādi sunt aliqui casus.Primus casus est,vbi à sta tuto venit imponēda pęna alternatiue pecu niaria vel capitalis tunc dr̄ crimē capitale.vt Bart.dicit in d.l.2.q̃a in dispōne alternatiua vtrunq; est in obligatione.l.cum illud.ff. q̄n dies leg.&iō vbi in vna parte alternatiue est res diuidua,& in altera indiuidua,tota obli gatio cēset̄ indiuidua. nec mihi placet id q̄d dicit Imo.hic dū dicit,q̄ aut est electio iudi cis.& tūc erit capitale. idē est q̄n erit electio rei,anteq̄ eligat. q̃a dico q̄ vbi imponit̄ poe na pecuniaria.vel alia corporalis. q̄ q̄dē cor poralis est valde disproportionabilis, credo q̄ nō poterit eligi illa pęna corpalis,sed tm̄ pecuniaria.arg.l.si de interpretatione. ff. de pœn.&regula in pœnis.de reg.iur.in 6.& ꝓ ↄn̄s poterit interuenire ꝓcurator.Secundus

307 casus est.† vbi ꝓ delicto pœna pecuniaria, & corporalis imponitur.vt q̃a statutū dicit. si quis fecerit furtum puniat̄ pœna dupli,& fustigetur.nam isto casu nō poterit interue-

308 nire ꝓcurator,& ↄcludendum est,nō. †q̃a illa qualitas q̄d fustibus cedatur.q̄ nocet spe ctari debet l.cum vir.de vsu.c.pro dona.& l. si q̄s in graui.§.fi.ad Syllani. & ita ↄcludunt Mod.Senen.in d.c.veniēs.col.17.&vltra eos facit pulcher tex.in l.pedius.§.1.de arbit. & in l.2.§.à pupillo.ff.de vsuca.proempto'.cū simil.de q̄bus ꝑ Fely.in c.1.col.fi.de except. & in c.1.col.5.de re iud. tu vero dic q̄ hic at tēdit̄ pęna fastigationis.nō vt noceat ꝓut di cūt Senen.sed vt ꝓsit,& sic vt iudiciū valeat.

309 † quo casu q̄n ↄcurrunt duæ causæ vna q̄ nocet,& altera q̄ ꝓdest.si illa q̄ prodest.ten dit ad validandum actum, illa spectanda est. ita tenet Ias.post gl. ibi in l. si mater. in 3.col.C.de inoff.testa.in hoc casu igit̄ atten ditur causa quæ nocet. quia respicit validita

310 tem iudicij. Tertius casus est,† vbi statutū dicit si quis commiserit tale delictū, plectat̄ pœna amputationis pedis. & si nō soluat in fra mensem centū,nā ex quo pœna amputa tionis pedis est in obligatione,& pęna cētū est in facultate soluēdi,sine dubio nō poterit in tali crimine ↄstitui ꝓcurator.cū pęna cor poralis sit in obligatione, & pœna pecunia ria in facultate soluēdi.Facit pulcher tex. vl tra alios in l.si q̄s stipulat⁹ fuerit decē in mil le ff.de fideiuss.Quartus casus est,vbi statutū dicit,si q̄s cōmiserit tale delictū puniat̄ pœ na cētū,&si nō soluat infra mēsem amputet̄ sibi manus.& Bart.cum quo trāseunt cæteri hic.& in d.l.3.supra eodem ↄcludit,q̄ nō po terit interuenire ꝓcurator ꝑ ꝑ dubiū. arbi trarer tn̄ quòd si accusatus ptaret fideiussio nem de soluendo pœnam pecuniariā q̄ pos set interuenire ꝓcurator, eodē modo si ali- q̄s ꝓcuratorio nomine interueniret,sub ↄ- dōne si condemnatus soluat pœnā pecunia riā alias habeat̄ ꝓ non admisso.&ita dicunt p̄fati Moder.in d.c. veniens. sed illa cautela mihi non placet ꝑꝑ fragilitatem cautionis, vt vtar verbis Pauli in l.q. ita §.1. ff. ad Tre bel.mihi non placet ēt q̄ admittat̄ sub ↄdi tione,quòd si imponatur pœna corporalis. quòd habeatur pro nō admisso.arg. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. attento ēt quia hoc modo iudicium posset reddit elusorium. q̄d non est dicendū.argumen.l.si ꝑcur.ff.de iud.

Circa s̄m q̄stionem Bar.quid sit offm̄ ex- cusationes.elici p̄nt plures ↄclusiones. Pri-

311 ma sit ↄclusio. q̄ † ad allegandū causas ne cessarias,q̄ ipsum reū,velit nolit, impediunt venire,admittatur q̄libet,&sine mandato ad ēt sine satisdatione rati. quilibet ergo tā ma sculus,q̄ fœmina maior siue minor pōt cōpa rere ꝓ absente,ad allegandū q̄ est infirmus, incarceratus,vel alio impedimēto necessario impeditus. q̃a ista est allegatio meri facti. imò ēt infans admittit̄ vt hic ꝑ Bal. post In noc.in d.c.veniēs. licet rīr non possit esse in iudicio.l.quos ꝓhibet.ff.de postulando.&fa cit l.non solū.ff.de ꝓcur.&cū Bart. hic trāse unt Innoc.Io. And.d. Ant. Abb.& Mod. in d.c.veniens.& idem Spec.in tit.de ꝓcur.ver. decimo.& in tit.de acc.versic.si autem. Am- plia primo hanc ↄclusionem. vt ēt procedat q̄n reus est citatus, & quis defensorio nomi ne

ne cōpareat, & allegat causas necessarias ab sentię admittit̄ ēt sine satisdatione, de p̄sentā do ipsum absentē cessante impedimento ne cessario, ita tenēt Guid. de Suzar. & Bal. in d. l. seruum quoq;.§. publ. ff. de ꝓcur. mouet ꝑ tex. in l. si ꝯstāte. §. quoties. ff. sol. matr. Et se quunt Mod. in d. c. veniens. vt supra dixi. rō
312 est,† q̄a allegans causas absentiæ non pōt ꝯdemnari, nec ꝯtra eum fieri executio: & iō non tenetur cauere de iudicatum soluendo, minus de p̄sentando ipsum reū l. liberto. in in fi. de ꝓe. Secundo ampliat̄ ista ꝯclusio, vt
313 † ēt procedat, dato ꝙ statutum diceret, ꝙ lapso termino banni non recipiat̄ aliqua de fensio. nā hoc casu ēt poterit allegari necessa ria, & ꝓbabilis causa absentiæ, ita dixit Bal. in d. §. publ. col. 7. subdit tñ ꝙ hoc non ser uant assessores. q̄a statuta sunt multum p̄cisa ꝙ nulla defensio admittat̄, & ꝙ talis positus in banno lapso termino habeat̄ pro ꝯfesso, & cum statutū fingat eum confessum, ꝯtra fi ctionem ꝓbari non pōt. l. siue possidetis. C.
314 de proba. Verum tñ q̄a, † defensio est de iure naturali, & sicut non pōt tolli per prin cipem. clem. past. §. fin. de re iud. multo mi nus debet posse tolli per statutū. facit l. 3. §. si ad diem. ff. de re mil. quo fit vt saltem opc restōnis in integrum debet admitti l. fi. de in integ. rest. imò vr̄, ꝙ sine restōne in inte grum admittendus sit talis excusator, quādo quidem non possit dici ꝯtumax, attēto ꝙ ne cessaria, & ꝓbabili causa fuit impeditus com parere, & statutum denegans defensionē ela pso termino bāni vr̄ intelligēdū de plena de fensione non aūt de ista per quam apparebit bannitum non fuisse contumacem. Secū
315 da colligitur ꝯclusio ex dictis Bar. ꝙ †ad al legandū excusationes probabiles ꝙ reus nō pōt venire, q̄a in loco hēt inimicitias, vel ꝙ itinera non sunt tuta. iuxta l. de ætate. ff. ad Treb. & l. sciendū. §. 1. de legatio. nō admit tit̄ excusator sine mandato, & est cōis Doct. snia. vt hic per Imo. & alios cōīter, & in d. c. veniens. & pōt ēt exemplificari ista ꝯclusio non solum vbi accusatus vel inq̄situs citant̄ ad locum nō tutum, sed ēt vbi citant̄ eo tp̄e quo itinera non sunt tuta. vt tradit Old. in
316 cons. 46. q̄d incip. quærit̄ †idē esset vbi cita retur ad locum pestiferū. argu. tex. in l. 2. §. pen. ibi, vel aliqua fortuita calamitas. ff. si q̄s cau. ꝑ quem tex. fuit excusatus Gregorius. 12. ꝙ ad ꝯcilium Pisanum non accesserit, q̄a
317 †locus ad quem q̄s citat̄ debet esse securus non solū ꝓ reo, sed ꝓ testibus, aduocatis, & alijs p̄sonis necessarijs. 23. q. 2. c. Siue de con iugij. Idē esset vbi q̄s citaret̄ ad locū in quo timeret non posse ꝯseq iustitiam ꝑꝑ poten tiā aduersarij sui. vt declarat Ang. in disput. q̄ incip. Bon̄. in 4. & 5. dub. & facit tex. in c. statutum. §. cum aūt. de rescrip. lib. 6. Ad vnū
318 aduerte vltra Ang. † quòd reus citatus nō excusatur à contumacia ꝑꝑ hostilitatem q̄ sit in territorio, vnde hēt transire, si transeuntes per illa loca sunt soliti obtinere secū ritates. q̄a est in culpa ipse hoc idem non pe tendo. & pro ista conclusione facit tex. in l. q̄bus diebus. in prin. vbi Bald. de ꝯd. & dem. & in l. sed, & si ꝑ ꝑtorem. §. ait prætor. ex q̄-
319 bus cau. maio. q̄ dicit† ꝙ impedimentū, q̄d de facili pōt remoueri, non est iustum impe dimentum, & sm̄ Mod. in d. c. veniēs. col. 37. post Ang. in d. disputa. incip. Bononiensis. si accusatus vel inq̄situs citatus ad locū nō tutū, vbi haberet inimicitias capitales excusa-
320 retur, non comparens, † eodē modo si ꝓce dens saluum ꝯductum esset tyrannus, vel nō soleret fidem datā obseruare, q̄a hisce prin-
321 cipibus non est credendum. Sed † ista ꝯclu sio ita declarata sm̄ Bald. & Imo. non vr̄ tuta, & vr̄ quòd imò possit quilibet ēt sine mā dato adducere similes causas probabiles, ꝙ non est tutus accessus. quia negari non potest ꝙ huiuscemodi causæ non sint nedū iustæ, sed ēt iustissimæ. vt dicunt iura per Bart. adducta in d. l. de ætate. ad Treb. & l. sciēdū.
322 §. 1. ff. de legatio. attento maxime, † q̄a nō est præsumendum ꝙ citatus ad locū non tu tum, vbi hēt inimicos capitales, velit se com mittere capitalibus inimicitijs, ēt si haberet literas saluicōductus: vt probari vr̄ in c. acce dens. el 2. vt lit. non ꝯt. Suadet̄ ēt ista opi. vl tra Bald. & Imo. per istum text. qui dicit, ꝙ excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur. & clarius per text. in d. §. publice. q̄ dicit publice interest absentē à quibuscunque defendi. facit l. reos. C. de acc. q̄ iura adducit Ang. in disput. sua quæ incip. Bononiensis. in 7. dub. Pro qua ēt facit duplex ratio, nam vbi quis citatur ad locū nō tutū vel pestiferū, & non cōpareat, p̄sumptio est ꝙ nō velit se cōmittere in manus inimicorū suorū, nō aūt ꝙ hoc faciat volūtariæ. at
323 tēto ꝙ †ꝯtumacia sonat in delictū. vt gl. di
324 cit in l. si filiꝰ. de interr. act. † & delictū nō p̄-sumitur

ſumitur niſi ꝓbetur.l.quoties.§.qui dol. de ꝓb. Vltimo ſuadetur hæc opin.cōtra Bar. &
cto insurrexit pœna.l.qđ ergo.§.cū aūt. ff.
de his q not.inf.& l.quāuis.§.si cū essem. ff.
ad velleian. ex quo inferi,ꝙ non valet refor
matio,qa qn̄ ex aliquo actu expectatur effe
ctus ante ꝯsumationē nō pōt effectus insur
gere,nec cœpisse prodest.ff.de acq.rerum do
mi.l.nālem.§.illud.C.de testam.l. ex imper-
fecto.de leg.3.l.fideiuss.§.1.cum simi. Secun
do arguit,quia res sumit esse per formam,&
forma ꝑ ꝯsumationē.ad l.falci.l. si is qui. §.
q̄dā.ad exhib.l.Iul.§.quantū.vel. §. sed,& si
q s, sed ante ꝓpositionē propositio non hēt
esse nec formā.Ergo non fuit facta à capita-
neo,& sic nō valet l.cū syllaneanū.C.ad syl
la. Tertio,arguit ꝑ multa iura ostēdētia qđ
qn̄ ab initio est habilitas si pēdēte explemen
to superueniat inhabilitas actus vitiat l.patre
furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iūr.l. in
ter stipul. §.sacra.de verb.obl.& C. de testa.
l.furiosum.cum si.Quarto,cū multis tp̄ibus
requirit̄ aliqua ꝯditio personæ si vno tp̄e il-
la ꝯditio deſijt actus vitiat l.si alienum.§.in
extraneis.de hær.inst.cum simi. Ergo.& vi-
tietur.Quinto,probat sic. Qn̄ sic se habent
duo,vt effectus surgat ex eo qđ ꝑ prius fit,
si erit ꝯcursus eoꝝ,non erit vitiū, alias sic l.
cū hic status. §.si ambo. de dona. inter viꝝ,
& vxo. Sed reformatio in ꝓposito debebat
sumere effectū à duobus à ꝓpositio nec ca-
pitanei,& deliberatione ꝯsilij. Et ꝑ prius ex
eo qđ capitaneus ꝓponeret. Si ergo anteq̄
opponat desijt esse capitaneus ergo desijt cō
cursus,& sic erit vitiū. Inducit sexto q.de pn̄
cto,vt qn̄ non apparet qđ ꝓcedat,& qđ se-
quat̄ potius inducatur totius vitiatio. ff. de
reb.du.l.si fuerit.& l.sed.& si.de testa.tute. l.
duo sunt Titij. Sed hic nō apparet qđ prius
fuerit an ꝓposito,an priuatio,ergo totū vi-
tiari debet. Induxit ēt ꝙ ex eodē facto nō se
quit̄ pœna,& ꝓmiū.de neg.gest.l.siue hęredi
taria.Item qa duoꝝ ꝯtrarioꝝ non dr̄ esse ea
dem rō de cap.dimi.l.2.§.nemo. & ꝓ socio.
l.de illo. Itē ꝙ factū l. ꝓhibente valere non
potest l.nō dubiū.ff.de leg.Inducit gn̄ale qđ
inutile ꝑ se alij non pōt vtilitatem operari.
de serui.rust.l.qui hēt.Adducit ēt l.cum pa-
ter.§.libertis.de lega.2.l.iubemus.§.sane.de
sacros.eccl.in auth.de nō alie.§.qa vero leo
nis. vbi actus ex quo quis priuat̄ non valet.
Finalr̄ consuluit reformationē non tenere
maxime tali argō, q̄dam effectum expectāt
à iure,quia sunt iuris,& de iure. Quædam
effectū non expectant,qa ius eis non assistit
nec de iure sunt.In primis expectat̄ ꝑfectio,
& quo ad ꝯsumationē actus,& quo ad iuris
effectū.Et sic inchoata tm̄ vel ēt terminata si
ne iuris assistētia nihil sunt l. hac consultissi
ma.§.ex imperfecto.C.de testa. de fide instr.
l.ꝯtractus.in fi.cū si. In secundis qn̄q; expe-
ctat̄ consumatio, vt quia lex de eo loquens
est ꝑteriti, & perfectu tp̄is, quod exigit rem
perfectam,& vbi delictum est de leuioribus
non fingit rem inchoatā esse ꝯsumatā,& ita
ꝑfecto q̄ exigit ex nā verbi non suppleṫ à fi
ctione iuris.d.l.1.in fi.qđ quisq; iur.qn̄que
non expectat̄ ꝯsumatio. Aut qa lex de eo lo
quens non est sub tali verbo, sed ꝑsentis vel
ꝑteriti imperfecti ꝯcepta, vt l. si fugitiui. C.
de ser.fug. Et probat̄ hæc dr̄ia in l. si quis id
qđ.§.ꝙ si dum proponeretur.& in d.l.si fu-
gitiui.in solutione contrarij. de l. postlimi-
nij.§.transfugę.capt.& postli.reuer.Aut qa
est de atrocioribus in q̄bus inchoata fingū
tur à lege ꝯsumata l.si qs non dicam rapere
de episc.& cle.cū in eis effectus, & assistētia
nō accedit l.reū qui.C.de adult. Cū ergo in
ꝓposito sint duæ leges quarū vna est ꝓdita
ad delictum,& pœnam .s.illa quę capitaneū
proponentem punit priuat officio.vt in hac
cum prolata sit per verbum pręsentis tp̄s,
& ꝑteriti imperfecti, apparet ꝙ ante consu-
matam propositionem fuit delictum vt d.l.si
fugitiui.& l.si quis id quod.Ergo,& pœna in
surgens sine hominis facto, vt d. §.cum aūt.
est ēt alia lex quæ disponit de reformatio-
ne ex qua apparet,ꝙ reformatio de homici
da bānito cācellādo nō fuit talis,vt debuit.
est.n.de his q̄ à iure ciuili, & municipali ex-
pectāt,& sortiunt̄ effectū.de iustitia, & iure
l.ius ciuile.& l.oēs populi.ergo inchoata,&
non perfecta quo ad effectū iuris hn̄t ꝓ in-
fectis,vbi ergo inchoata ꝓpositione capita-
neus

neus reliquit satis fuit quo ad pœnam priuationis.& sic tꝑe quo finiuit ꝓpōnem non erat capitaneus, & sic quantum ad legem q̃ de forma reformationis loquitur, nihil actũ debet intelligi. Finalr̃ r̃ndet ad contraria.& quia patet ex distõne prædicta non insisto. Vides ergo ꝙ talis non intelligetur rebãnitus, & sic non poterit cancellari. Vt tñ ista dubõ tollatur solent apponi in reformationibus illa, vꝫ, qđ non possit apponere in ↄsilio.& si ad actum ꝓpōnis peruenerit, vel ꝓponere ceperit ipso facto priuatus intellr̃.de qua doctrina.vide in l.filiusfam.§.diui.de le.1.ꝑ Bar.per alios,& maxime Bal.in l. ea lege.C.de ↄd.ob cau.& ẽt ꝑ Bart.in l. si ita qs §.ea lege,de uerb.oblig.& de qõne prædicta in dictis iuribus pauca tanguntur ex decis. ꝑdicta colligit̃ triplex mã. Vna qñ actus cœptus habeatur pro consumato, de qua in iurib.supra all.Et uide quod not. Bart.in l.si is qui.ff.qui.ex cau.ma.vbi tractat qñ executio facta dicatur.Secũda, qñ debet inspici initiũ, vel finis.De hoc vide in l.3.§.Scio.ff. de mi.& ibi latios.Tertia est, de nã uerbi pñtis p̃teriti imperfecti,& uerbi præteriti perfecti, de qua hr̃ in iuribus superius allegatis, maxime in d.l.1.quod quisq; iuris.& no.ꝙ in hac disput. Iac. But. ostendit se fuisse doctorem subtilissimum.& uide quæ not.per Doct. in l.Aretusa.ff.de sta.hom.& tangit Bart.in l. si post mortem.in fin.princ. de leg. 1.

83 Octuagesimatertia qõ partis erit. † Fuit factum ordinamentum ꝙ oẽs banniti cõis exñtes in territorio Ducis Mediolani, q̃ illud territorium exiuerint intra duos mẽses, & fuerint ad seruiendũ cõi in exercitu suis sumptibus ꝑ quatuor menses debeãt rebanniri. Qui vero non exiuerint intelligant̃ rebelles; & in ꝑpetuum de bãno exire nõ possint, & omnia eoꝝ bona intelligãtur elapsis dictis duob.mensiꝓ.confiscata. Titius exñs, & habitans in ciuitate Papiæ fuit Florentiæ inquisitus,& fuerant factæ citationes fm formam statuti. Et cum nullus cõpareret iudex posuerat eum in banno, & inter alios bãnitos cõis extirerat registratus, quę oĩa, Titius ignorabat. Elapsis duobus mensibus in exercitu cõis fuit facta reassignatio bãniroꝝ ibi seruientium.& cũ non esset inuentus Titius eius bona fuerũt incorporata. Ipse aũt id audiens discessit de territorio ducis,& in exercitum venit. Quæritur an inciderit in pœnã rebellionis,& ↄfiscationis bonoꝝ,&c. An vero seruiens per quatuor menses debeat rebanniri? Ista qõ habet duo membra principalia. Primũ est an dcm̃ bãnum potuerit dari contra illum ignorantem. Secundũ posito ꝙ dari potuerit, an eius ignorantia sibi ꝓsit. & hoc erit ẽt duplex.s.an excusetur à pœna, & sic excusatur, an seruiens habeat statuti beneficium,& sic debeat cãcellari. Quo ad primum recurre ad ea quæ dixi in 1.temp. par. 3.qõ.3.ex quibus patet, ꝙ aliqñ põt dari, & aliqñ non. si ergo in casu nr̃o bãnum fuisset inualidum, qõ non procederet, qa non esset bannitus.l.4.§.ↄdemnatum, de re iud. Oportet ergo p̃supponi bãnum validum, ex quo restat secunda dubõ. & licet dubitabiles passus sint, tñ ↄcludendum est, ꝙ non inciderit in pœnas, supradictas. Certum .n. est, ꝙ statuta pœnalia non ligant ignorantes.l.fin.ff. de decr.ab ord.fac.extra de ↄst.c.cog.ꝑ Arc. not.19.dist.c.quod dictis.ẽt si talis reformatiõ fuisset per ciuitatem publice bannita, vt no.in d.c.cogn. Id.n.quod in ciuitate est notorium ligat ibi hñtes, nõ aũt exñtes extra ꝓuinciam.& ita intellr̃ quod hr̃ in l.si tutor C.de peric.tut.& in l.2.C.de recep. extra q̃ matr.acc.poss.c.cum in tua. & probatur fm Ruff.vt refert Arch.vbi supra in l. optimam C.de contrah.& cõmitt.stip.& ibi notanter dicit ꝙ illud qđ dr̃ sufficere qđ quis sit voce p̃conia citatus. Intellr̃ qñ p̃co mittitur per totam ciuitatem. quo casu dicit neminẽ excusari, facit auth.qui semel.C.qũo,& qñ iudex,& qđ ibi per Iac.But. Nec obstat si dicatur statutum est p̃cisum, & lapsi fuerunt duo menses anteq̃ exiret, ergo in pœnã incidit, cum stricte debeat intelligi.l.ↄstõnib. ad municip.ẽt si durum sit .l. prospexit .ff. qui,& à quibus.quia ille terminus non currit, nisi à die scientiæ ẽt si dicatur de proxime futuris. Debet.n.subaudiri à die scientiæ fm Bart.in cons.230.quod incipit, Domine Iacobe &c. alleg.l.3.§.si quis hæredi.ff.de statu lib.& l.si in diem.ff.de condit.& demonst. Sed in hoc Franc.de Are.in l.si cui.ff.de leg.1.dicit notanter, ꝙ aut dispõ demonstrauit initiũ tꝑis, puta quia dixit hinc ad duos menses. Et tũc aut pars ignorauit impedimento iuris,& nõ cedit tempus nisi à die scientiæ .l. si quis in graui.§.vlt.ff.ad Syll.& facit l.scimus.§. donec de iure delib.fm eum. Potest poni exẽplum in proposito, ut quia fuit ordinatum, ꝙ di-

ꝗ dicta reformatio non posset propalari inde ad certū tps. Si vero ignorauit impedimēto facti, vt qa nō fuit ei notificatū. Et isto casu tps sic limitatū currit ignoranti, qa currit ab initio demonstrato, vt ead. l. si cui, & l. q duos. §. 1. de manumis. testa. ſm eum. Pro quo vide. no. tex. cum gl. in l. qui filio impuberi. §. 1. ff. de hæredib. instituen. & idē dixit Bart. in ꝯs. 13. qđ incipit. Querit̃ vtrum elapso. &c. in 2. vol. & allegauit. l. placet. C. de sacr. san. eccl. & l. iubemus nulli. eo. tit. quæ fuerunt verba Iac. Butr. Qui vltra prædicta ꝯsuluendo allegauit auth. hodie. de appell. & de mino. l. Aemilius. Puto tñ quod hoc casu poterit restitui ex iusta ignorātia. l. 1. in fi. qb. ex cau. maior. & qđ vi aut clā. l. semꝑ. §. hoc interdicto. s. ad remissionē pœnę. Si vero nō demōstrauit initiū, qa nō dixit hinc, sed dixit intra mēsem simplr̃, vel dixit intra duos mēses ꝓxime vēturos. & tūc intellr̃. s. à die scientiæ, arg. C. de appel. auth. hodie. & qđ ibi not. & de statu lib. l. 3. §. si quis hæredi. quia anteq̃ sciat non vr̃ posse petere. l. annus. de cal. Plus. n. dixit Old. in cons. 138. qđ non simplr̃ currit à die scientiæ, sed cum pōt actus ille in exercitium deduci. ff. de iure dotium. l. tali. & d. §. si quis hæredi. & d. l. si in diem. qđ est valde no. & vtile ad multa. ex qua distīone colligitur decisio supra dicta inspecto themate qđ in pœnam non inciderit. Pro quo facit. ff. de administra. tut. l. qđā decedens. §. fi. & de his q no. infa. l. gño & sic restat videndum an si seruiuit per quatuor menses cōi debeat rebanniri. ista qō est fortior, qa licet in pœnis euitandis excuset ignorantia, & silr̃ in grauaminibus. vt dictū est supra tñ in lucris nō est ita. l. si is. §. si seruus. de acq. re. domi. & qđ dixi supra hoc eodē tpe, par. 2. q. 22. & 24. Magis. n. succurrit̃ primo q̃ secundo l. fi. C. de ꝯd. Item qa dicta supra locū hñt in eo qui ignorat ordinamenti. hic aūt ꝓsupponit qđ ignoret se esse in ordinamento comprehensum, & sic ignoret qualitatē suę ꝑsonæ q̃ nō solet tribuere beneficiū. l. tametsi. ff. ad maced. l. fi. ff. ꝓ suo. & sic videat̃ ꝯcludi dr̃e, ꝗ licet excuset à pœna quodcunq; ignorauerit. Si tñ intra duos mēses à die scientię seruierit. vt supra nō tñ debet ſm.ū cācellationis ꝯsequi per iura ꝑdicta. Quo l vcꝝ erit si illi quatuor menses fuerint electi, vt tps speciale, puta in obsidione alicuius loci, ꝑꝑ quam causam illa reformatio facta fuerit, tunc. n. cū amplius illud speciale tps non possit suppleri. ff. de vsufr. lega. l. vsufr. mihi in bienniū rebanniri non debebit. Si vero illud tps fuerit adiectum in gñe, puta qa si ꝯsiderauerit statutum de quocunque tpe durante guerra, tunc debeat rebanniri ꝑ iura ꝑdicta quę omni modo ignoranti tps currere non ꝑmittunt. Nec obst. qđ dictum fuit supra ꝑ. §. si seruus. quia aut q s tpe quo seruisset cōi ignorasset se esse bānitū, & sic non vt bannitus seruisset, & tunc non dr̃et rebāniri vt ibi, & l. 2. ꝯd. & demon. ff. Sed si tps quo seruit scit se bannitū, & vt bānitus seruit, cum ei ignoranti tps gñaliter traditū non cucurrerit, vt supra est ostēsum hr̃e debebit statuti beneficiū qđ est latissime interpretandū. ff. de ꝯst. prin. l. fi. cum si.

Post operis expeditionem supuenit mihi noticia duaꝝ q̃onum Old. quas ꝑ alios tactas aut relatas. non inueni, q̃ licet alibi decentius ante locatæ fuissent, tñ cū de fauoribus bannitoꝝ ēt tractent, & qa fuisset plurima quorarum mutatio necessario huic loco quasi oportune locant̃. & prima est in qua

84 ꝯsuluit. & ideo 84. q̃rit. † Titius fuit bānitus pro ꝓditione ciuitatis ꝑꝑ qđ ex forma statuti ipse, & filij erāt bāniti. Post bānū Titius suscepit filiū noīe Caiū, q Caius patre mortuo reuersus fuit ad ciuitatem de qua pr̃ fuerat bānitus. & ibi stetit longo tpe sicut ciuis existēs de ꝯsilio, equū tenēs, & oīa alia faciēs q̃ alij ciues, faciunt. & dū ista sic se hr̃ent venit ad rixam cū Sēpronio de qua rixa facta est pax corā ꝑtāte ciuitatis post quā pacē Sēpronius eum interfecit, & aufugit. Ptās fecit eū citari. & qa non venit ex vigore arbitrij qđ habebat bāniuit eū. Nūc corā successore ꝑtātis prædicti petitur reuocari ꝑdicta snīa banni lati contra Sēpronium. & dr̃ quod licitum fuit ei impune occidere deñ Caium, qa bannitus erat ex forma statuti, de quo supra mentio facta est. Quærit̃ an possit dicta snīa reuocari. Et primo vr̃, ꝗ non ex vigore publicæ auctoritatis, quia ipse Caius habebat vt alij ciues. Ne ergo sub eius ꝑtextu decipiat̃ idē debet de ipso sicut de alijs ciuibus iudicari. arg. C. de his qui ve. æta. imp. l. 1. & cū cōem cum alijs vitam duceret eadē sentire debet in legibus disciplinam, vt tex. ibi legit̃, extra de statu mona. c. recolētes, & cū eadē particula experiret̃ iura quoq; eadē sibi vēdicare debet. ff. de bo. pos. ex testa. mil. l. vnica.

l.vnica.circa princ.& cũ par simil sq. militia sit iustum, vt eisdẽ priuilegijs gloriari. C. de proxi.sacra.lar.& rerũ priua.l.iubemus. Secundo facilius pœna remittitur quam priuilegiũ auferatur,eo qd' vnũ est fauoris,& grę, al terũ vero supplicij,& pœnę.ff.de const. prin. l.beneficiũ.de lib.& posth.l.cũ qdã. de pœnis.l.interpretatione.Sed habitus in cõi con trarius veritati tollit priuilegium.ff.ad Maced.l.si qs patrem.& loca.& ɔd.l.si qs ignorans.Imò ẽt aliqñ facit cessare ius cõe. ff. de iniur.l.item apud.§.si quis virginem. de iure fis.l.sed,& si accepto.ergo multo fortius tollit pœnam siue supplicium ex banno inflictũ. Tertio,sicut subsistẽtia veritatis actu ali quem reddit illicitũ,ita,& opinio cõis q̃q̃ sit veritati ɔtraria, sicut ergo si vere bannitum non fuisset licitum occidere, sic nec qñ vere erat bannitus cõi opinione in contrarium se hñte,vt probatur aperte.ff.de acq. hær. l. cum quidam.in vers.quod si ipse.& in eo.ti. l.ventre.& ibi not. Quarto nonne rł̃a cõis est ꝙ error publicus facit ius,vt inst.de testa. §.testes.ff.de off.præt.l.Barb.C.de testa. l.1. ff.de suppel.lega.l.3.in fi. Faciat ergo hoc ea su error publicus. quo credebatur filius Titij non bannitus ius .s.tã fauorabile,tã beni gnũ .s.vt impune occidi non possit,sicut nec alij ciues,talis nãq; error immutat aliqñ sta tum alicuius.Nã de seruo ciuiliũ actuũ non capace liberũ facit. & actuũ ciuiliũ capacẽ,vt ad literã legit.C.de lati.lib.tol.l.vna. §. sed, & qui dñi.sic ergo hic de bannito faciat non bannitum.Dico ergo ego Old. de ponte de Laude ll.doctor salua semp veritate,qd' successor ptãtis dictam sñiam reuocare non poterit,& hoc pter iã dicta triplici rõne, & prima si aliqs pulset legatũ hostiũ, tradit hosti bus vt seruus eoꝝ fiat.ff.de legatio.l.vlt. Pone ergo ꝙ talis pulsans,& hostibus traditus reuertit ad nos, si non recipit à nobis, non recuperat iura ciuitatis postliminij iure.si vero recipit ea recuperat. Sic ergo in ꝓposito cũ hic bãnitus rediẽs receptus fuit,& in omnibus tractatus vt ciuis, iura alioꝝ ciuiũ habeat,vt legit.ff de c.& postli.reuer.l.3.§.fin. Secunda est talis. Talis bãnitus non põt,cẽ seri deterioris ɔdõnis quam hostis, imò hostis proprie dr.ff.de cap.dimi.l.amissione.§. q deficiũt.& ad l.Corn.de sic.l.3.§.vlt. & de re mil.l.proditores. Tñ si ei pax sit promissa seruanda est.23.q.1.noli.& 22.q.4.innocens.& qui non seruat capite puniendus est. ff.de re mil.l.vlt. §.fi. licet ergo potuisset occidi ex forma statuti, non tñ p eum q cum eo pacem fecerat. Tertio,& vltimo dato,ꝙ sñia banni fuisset iniqua. fuit tñ ɔtra ius litigatoris tm̃ lata. & sic non posset successor eã rescindere.C.sent.rescindi.non posse l. 1. & qñ pro.non est necess.l.1.ẽt si hoc statutũ qd' faciebat eũ bannitũ fuerit corã bannien te allegatum, qa pp probabiles dubitationes superiores, & alias non putauit causam illo statuto iuuari ff.de re iud. l.preses. & l. cum ꝓlatis.vbi est casus. Hæc Old. Si recte ɔsideras ipse proposuit talem filium ẽt postea natũ ex verbis ipsius statuti ex sua ꝑsona intelligi bannitũ,imò esse bannitũ. & sic non contra dicit his quę dixi supra in 1.tpe parte 1.q.vlt.nec quę dicam infra in vlt.tep. parte 2.q.14.Id aũt ꝙ dixit eum q pacẽ fecerat nõ potuisse impune occidere bannitum nõ est p oĩa ɔtrariũ ei qd' ipse in sua disputatione q̃ incipit,Titius fecit pacem,conclusit .s.facientẽ pacẽ non obstãte pace potuisse offendere bannitũ, qa in hoc themate erat bannitus tpe pacis, in illo fuit bannitus postea.In hoc tñ recurre ad ea q̃ dixi supra hac eadem parte q.51. 52. & 53. & ex hac decisione collige duo notãda. Primũ ꝙ p actus publicos quos bãnitus facit intellr̃ rebanniri. Secundo,ꝙ sñia lata ɔtra offendentẽ bannitũ valet. Quo ad primũ aduerte,ꝙ id põt esse verum, nisi qñ ad actum rebannitionis requirunt aliæ solennitates,tunc .n.illis nõ seruatis in publicis actibus sicut non valeret expressa rebannito, ita nõ valeret tacita l.q ad certũ.ff.loca.Puto tñ ꝙ licet non intelligat rebannitus nihilominus offendi nõ poterit.Illud.n.statutum tolli põt alia solẽnitate ab alio statuto reqsita.vt in mã. l. omnes populi.& l.si qs in principio testamẽti. de leg. 3. Licet ergo tunc non intelligat rebannitus non tñ poterit offendi, cum qualitas hostis sublata sit p eius receptionẽ ad actus publicos de qua supra.Si aũt actus publici fierẽt corã toto populo ad parlamẽtũ vocato,vt fit in introitu dñoꝝ,& prioꝝ & ẽt in introitu vexillorum societatis in ciuitate Florẽtiæ.dicerẽ tũc intelligi rebãnitũ Caiũ, de quo supra. Præsumeret.n.scisse populum oĩa quæ in suis legibus ɔtinent, & sic ɔtra illas in totum dispensare.C. de testa. l. omnium.& l.quidam consulebat.ff.de re iud.& quod

quod hr in d.l.si quis in principio testamēti. Vis.n.cōis publici erroris inducta à populo qui potest maxime per uiam parlamenti facta à consilijs quæ illum repñtant, ut l.aliud §.refertur.& ibi not.ff.de reg.iur.& C. quæ sit lon.cons.super rub.reuocare. & sic facien do intellr reuocare, ut hr in l.2.C. de decre. dec.& qđ not.in l.ita tñ.in prin.ff.ad Treb. iuncta.l.de quib.in fi.cum sua mā.ff. de leg. sm quam intellr hæc decisio, vt patet ex the mate.& ita fuit in legibus siue statutis loquētibus de consortibus epi Florentini iudicatum per totum collegium Florentinū. Quo ad sm vide quæ dixi supra hac ead.par. q.3. Et considera, ꝙ hic non fuisset lata snia ad petitionem bāniti agentis, sed alterius accusantis, vel ipsius iudicis inquirentis pro iniuria facta bānito, & in ꝓcessu non exp̄sso, licet fuerit exceptum. Id aūt quod ultimo dr tale bannum reuocari non posse tempora ꝑ ea quæ dixi in primo tempore, parte vlt.qō.

85 Altera qō,& sic.85.sub †hoc themate formata erat. Duo sunt statuta in ciuitate Paduæ. Vnum per qđ cauetur, ꝙ quicunq; fuerit bānitus de maleficio, pñtando alium bānitum de simili maleficio liberetur, & eximatur à bāno. Aliud quod qcunq; fuerit bānitus de maleficio in ciuitate Vicentiæ intra octo dies bāniatur, & in libro bānitoꝝ ponatur in ciuitate Paduæ eisdem modis,& cōditionibus,& formis quibus bānitus fuerit in ciuitate Vicentię. Accidit, ꝙ Titius cōmisit maleficium in ciuitate Vicentiæ, & de maleficio est ibi bānitus,& ex forma secundi statuti bānitus est sllr in ciuitate Paduę repertis verbis secundi statuti in ipso bāno. Qui Titius bānitus pñtat Paduæ alium bānitum de simili maleficio,& vult liberari à bāno ciuitatis Paduæ virtute primi statuti, licet hoc non posset in ciuitate Vicētiæ. Quæritur an hoc possit de iure petere, & sic an debeat liberari. Et dicta Old.in hac q.multum diffuse ꝓsequit, sed multis omissis, & maxime rñsionibus ad argumenta facta hincinde referā truncate eius intentionē,& primo ad negatiuam, qñ vnus locus adijcitur alteri nām eius cui adijcitur assumit,arg.ff. de pub. l. si ego.§.si tñ,de vsufr.l.si Titio §. 1. & de pac. do.l.inter socer.§.cum inter. Sed ciuitas Paduæ adijcitur Vicentiæ à qua ꝑ prius Titius erat bānitus.ar.ff.de senato.l.pen.& de exec cit.l.si eum .§. 1. ergo ex loco Vicentiæ vbi non liberatur debet iudicari. Secundo sic,bānum Paduæ fuit datum ꝑꝑ bannum Vicentiæ, & licet fuerit ex interuallo ꝑꝑ necessitatem apparētem, tñ intellr simul datum, arg. ff.si pars hære.pet.l.antiq.de mil.test. qrebatur.de hære.inst.l.hæredes palam.§.fin.ergo licet tollatur sm durat primum, qa talium quoꝝ vnum ꝑꝑ aliud est ademptum virtute ꝑmanētis perdurat.ff.de lib.& posth. l. si ita §.1.& arg.ff.ad carbo.l.3.§.ibidem. Tertio, snia est lex.ff.de iust. & iu. l. pen. & apparet ex æqparatione ad vltimum voluntatem .ff. de manu.l.seruus.de pig.actio.l.non est mirum.iuncto in auth.de nup.§. disponat. Sed ex diuersitate locoꝝ effectus legis non variatur. C.de usuc.trans. l. ult. & de temp. in integ.rest.l.fin.ergo nec effectus snię.& ideo sicut Vicentiæ nō liberaretur, ita nec Paduę, facit.ff.de postu.l.ex ea.& qđ ibi no.Quarto, qa bānum translatum non debet immutari ex loco ad quem est translatū.C. de his q in prio.cre.lo.sue.l.1.de noua.l. aliam. de adim.leg.l.legatū.cum sim. Et sic remanente qualitate bāni ex loco Vicentiæ eximi non poterit. Quintum bānum latum Paduæ dr ortum Vicentiæ.ff.quod ui,aut clām.l. nam origo.ergo sequitur, ꝙ in exceptione ille locus attenditur.ff.de edict.l.si fundus,de vsur. l.1.ergo qa Vicentiæ non liberatur, ita nec Paduæ. Sexto, dicta bāna sunt eiusdē formę, ergo,& eiusdem subæ.ff.ad exib.l.Iul.§.sed, & si q s.ff.de auro,& arg.leg.l.Seia.& de ver. sig.l.mul.§.1.& sic esse debent eiusdem vitæ, ad l.Falc.l.qui quadringenta.§.quid ergo.& de seruu.rust.præd.l.vna est uia, bānum Vicētiæ durat,& uiuit,ergo & Paduæ.& maxime qa fortior est actus obligationem ꝯseruans, quam extinguens.C.de duob.re.l.fi. Vltimo ab adæquatione facta de bānis, & sic eiusdē vitæ debent esse.C.de inoff.don.l.fi. In ꝯtrarium arguit septē alijs modis quos sllr decurtabo. Primo, à nā superaddit q est ut suis ꝯdōnib.& qualitatib.proprijs iudicetur.C.si plu.vna sen.l.1.& 2.& ff.mand.l.si mand. §. Paulus,de ꝯst.pec.l.item illa. §.1. bānū vero Paduæ supadditur bāno Vicentiæ, ergo debet suis qualitat.b.iudicari, & sic Titius liberari debet. Secūdo, obligatio ex bāno,& eius dissolo sunt diuersa quimò,& ꝯtraria, ergo dispō sup vno nō trahit ad aliud.l.si uero §. de uiro.sol.mat. & si a pa.q s sue.manu.l.fr. cū si.et sic dissolo q sit Paduæ remanet i suo

statuto

ſtatuto.l.oēs populi. Tertio, licet plures leges ꝓdeāt à diuerſis circa eaſdē perſonas & eūdem effectū dirigentes, non tñ ſunt eiuſdē vitæ, ſed vnaquæq; durat ſm nām ſuam inſitam ꝓducenti, vt patet in bonoꝶ poſſeſſione de iure ꝑtorio, & aditione de iure ciuili, inſti. de bo.poſ.§.aliqñ.de bon.poſ.ſm tab.l.hi q. & C.de iure delib.l.licet.& q admit.ad bon. poſ.l.2.& de ſucceſ.edic.l.1.§.largius. cū ſi. In ꝓpoſito ergo bānum Vicentiæ duret perpetuo, & Paduę tollaī pręſentatione alterius bāniti. Quarto, extēſio vnius loci ad aliū intelligit ſm quid nō quo ad oia. C.de ſacroſ. eccl.l.omni.de præ.vrb.conſtāt.l.1.tit.11. & not.de leg.l.princeps. Sic ergo, & tunc extenſio bāni de Vicentiā ad Paduā fiat ſm quid, ne vnico verbo ſtatutī Paduæ videaī tollere ſuas leges ꝓprias, C.de inoff.teſt.l.ſi qñ. & extra de ſepul.c.certificari. Quinto, pęna debet eſſe ꝓportionata delicto. C. de epiſc.& cler.l.ſi quenq̃.de hęr.l.quicūque. prolixitas in duratione dr̄ magnitudo pœnæ, de pœn. l.aut dānum.§.inter eos. plus aūt eſt delinquere in aliquē immediate ad l.Iul.maieſt.l. Iul.& de capt.& poſtli.re.l.ſi q s ingenuā. Sed ſi bānum datum Paduæ pro delicto cōmiſſo Paduæ tollitur p̄ſentatione, & ſic minus durat fortius tolli debet aliud datum ꝑꝑ delictum cōmiſſum Vicentię, q a quo ad ciuitatē Paduæ lōge minus delictū eſt. Sexto, variatio loci plerūq; inducit diuerſitatem quo ad exeptionem ab onere. ff.de exc.tut.l.ſed milites.§.ignominiæ.ff.de re mil.l.milites.§. miſſionū. & patet. C.q nu.lib.l.1. non ergo mirꝭ ſi diuerſimode eximit quis à banno Paduæ q̃ Vicētiæ. Septimo redhibitoria, & quā to minoris ab eodē inductæ ſunt.ſ.à ꝑtore. ff.de ædi.edic.l.1.§.1.& l.qd' ſi nolit.§.ſi plures.& l.ædiles. & aliqñ vtriuſq; idem eſt effectus ff.de ædil.edic.l.bouē.§.aliqñ.& ſnīa lata ſup vna parit exceptionē rei iud.in alia.ff. de excep.rei iud.l.ſi is q hæres.§.1. Sed vna tollit anno. Alia lex mēſibus de ædil.edic.l. ſciendū.§ fi. Ergo fortius in ꝓpoſito cū non ab eo. ſed à diuerſis bāna procedanr. His rōnibus factis licet ꝓlixius facit ipſe Oldr. rñſiones ad vtriuſq; partis argumenta. Et illis poſitis cōcludit vt ſequitur. His ſic decurſis ſubijcio ſolutionē quæ mihi verior eſſe vr̄. Et credo ſimplr̄ dicente ſtatuto, ꝙ qui eſt bānitus Vicentiæ, banniatur & Paduę. Et ſic ſit factum iſto caſu pręſentando alium bannitū liberararetur à banno ciuitatis Paduæ ſm formam primi ſtatuti ſuperius allegati, Et hæc ꝑ allegata pro hac parte, & maxime, qa qñ vni ꝑꝑ delictum non in ſe, ſed in alium commiſſum cōpetit actio, ita ꝙ ēt nihilominus cōpetit principali. Et ſic vtrique vnaquæque actio ſuam legē habet, & ſuum ꝓprium ſortitur effectum, & ſuū diſſoluendi modum, & faciliorem principali: ſicut ſi fiat iniuria filio cōpetit actio filio, & patri. ff.de proc.l.nō ſolum.§.ſi pater.& de iniur.l.pater, cū ſimi. & tñ non erit eadem exiſtimatio vtriuſq; actionis, ſed vnaquæq; habebit ꝓpriam ſm ↄdōnem eius ꝑſonæ cui competit. ſic dico, ꝙ & ſi ꝑꝑ maleficium, & in vno loco cōmiſſum in duobus locis q s banniatur vnumquodq; bannum ſm nām loci ſui proprij iudicabit. ff.de iniur.l.ſeruo.§.vlt.& l.ſeq. Et qa identitas, & vnitas ſnīæ ex qua diuerſæ pœnæ ſequuntur nō arguunt identitatem durationis in pœnis ſicut in ſnīa relegationis ad tēpus, habet.n.in ſe pęnam quam verbum ſonat.ſ. relegationem, & aliam.ſ.remotionem ab ordine decurionatus amiſſi. ff.de decurio.l.2. Et ad tempus ab ordine decurionum redditus eſt inhabilis ad honorem; & tñ finito tp̄e principalis pœnæ.i.amotionis ab ordine, non finiī inhabilitas ad nouos honores, ſed tanto tp̄e expectat quanto fuit in pœna. ff. ad mun.l.ordine. & de decurio.l. ad tp̄s ex q bus apparet ꝙ pœna acceſſoria nō commenſuratur ex tp̄e principalis, ſed habet per ſe propriam in legē ſm quā finit, & durat. Verum qa in themate nr̄o in ſtatuto fuit vltra ꝓceſſum, & deīn ꝙ banniaī eiſdē modis, & ↄdōnibus, &c. Contrariū credo de ſtricto iure ꝑꝑ virtutem prædictoꝶ. modus nanque dr̄ a moderor moderaris, & dr̄ moderamentum ſiue temperamentum rei cui adijcitur. ff.ad leg.falci.l.1.& inſtit.eo.in prin.& ff. de dona.cau.mortis. l. quod conditionis, & ibi not.& de ſerui.l.ſeruitutes, §.modus. Temperamentū vero obligationis duo reſpicit.ſ. ius creditoris. & eius qd' pōt ſolui reſpectu debitoris, & hoc vult dicere lex. de acti. & obl.l.obligationū ſere.§.modus. Poſito.n. ibi obligationis modo ꝑ eum exēplū alternatiuę obligationis. ꝑ exemplū alternatiuæ obligationis ſtatim ſubdit rōnem quare illa obligatio dr̄ ſub modo. Nā alterius ſolutio, &c. Et ſic moderaī ſolutio reſpectu creditoris. Cū igr̄ debeat eſſe idē modus bāni dati ī

ciuitate Paduæ, qui est banni dati in ciuitate Vicentiæ. oportet idem esse in petitione, & solutione, sed in ciuitate Vicentiæ non est pñtatio banniti in solutione, ergo nec Paduæ. Item hoc nomen ꝯdō, interdum dicit obligationis suspensionem per adiectionem vel subintelľm alicuius extrinseci execati .ff. de ꝯd.& demonſ.l.legatum.& l.aliqñ, de ver. obl.l.interdum, & de verb.sign.l.cedere. Interdum dicit ius personæ competens, siue p̄sentem statum alicuius rei.ff.de ꝓcur. l. ign. de reg.iur.l.non solum, & l.melior, & de test. manu.l.Mæuia. De primo modo intelligēdi cum dicit suspensionem nō vř statutum dře intelligi eo quod appellatione iuris non est ſm legem.ff.qñ appell.sit l.1.§.biduū. & verbum hňs duas sigñones ꝓlatum à lege, eam sigñonem assumit quæ est ſm legem, non eā quæ p̄ter.C.de instit.& substit.l.gñalī, & de op.lib.l.qui libert.§.fin. ergo ſm vltimū modum. Itaq; æqua debet esse ꝯdō banniti in ciuitate Paduæ cū bānito in ciuitate Vicētiæ; sed hoc non esset si se posset liberare Paduæ p repñtationem banniti, cum Vicentiæ hoc non possit, imò esset melior ꝯdō Paduæ, q̄ Vicentiæ, sicut est melior ꝯdō dñi quo ignorante seruus delinquit, quia liberatur dando eum pro noxa, q̄ eius, quo sciēte delinquit, quia necesse habet damnum emendare.ff.de noxa l.si plurium seruus delinquerit, & de vsufruct.l.cum fructuarius.& l.seq. Præterea sicut facultas, & difficultas dissolutionis obligationis facit obligationem esse melioris ꝯdōnis, vel deterioris. ita facultas dissolutionis banni facit alicubi bannum est melioris ꝯdōnis alibi deterioris. Sed hoc non debet esse in proposito, immò debet esse eiusdem ꝯdōnis vtrobique, ut ex statuto apparet, ergo debet esse par, & eadē dissolutio in utroque prædicta ꝓbantur.ff.de fideiuss.l. græce §.idem Iul.& de in diem addic.l.ubi aūt.§.fi. & l. seq. & sic intelľr statutum de ꝯdōnibus extinctiuis, ut eadem sit ꝯdō extinctiua bāni in utroq; loco, vt no.ff.de seruit.l.4. sic & seruus qui intolerabilř afficitur à dño debet bonis ꝯdōnibus vendi non suspensiuis, sed extinctiuis, ita.s.ꝙ ꝯtractus non dissoluatur per redditum serui ad dñm, sic nec p redditum banniti ad ciuitatem vt instit.de his qui sunt sui, vel alie.iur.§.sed, & maior. & si quæretur an si talis bānitus pñtaretur per aliū in ciuitate Paduæ pñtans hřc beneficium p̄sentationis ex forma statuti primi. Crederē ꝙ sic, quia negari non pōt eum esse bānitum ciuitatis Paduæ, quæcunq; fuit rō bāniendi. Et ad hoc pñt diuersimode superiora deduci, & potissime hoc dicerē per l.de interd. & reg.l.releg.§ interdic.cū §. seq.& in §. si qs. ibi pluribus etiā prouincijs &c. & de cap. & postl.re.l.non dubito. Hæc Old. Vt ergo vides ex sol.prædicta cum dist. satis patet rñsum ad rōnes vnicuiq; parti distinctim aduersantes, quap p illas nō curaui referre. Sed mihi primum membrū decisionis est dubiū, quia cum statutum Paduæ semp loquatur, & bānitus Vicentiæ remaneat Vicentiæ bānitus restat primum statutū, ut sic ēt post cancellationē debeat banniri, & registrari C.de hæret. l. Arr. Nec sufficiat prima descriptio cum non durauerit.l.si pro parte.§.uersum. ff.de in rem uer.& quod hř p Bart.in l.sicut §.supuacuum.ff.quib.mod. pig. uel hypoth. sol. Vř ergo verius ꝙ vtroq; casu talis bānitus alium bānitum pñtans non eximatur à bāno, & ꝙ statutū primum intelligaī de bānitis tm̄ in ciuitate Paduæ, & non de alijs, ut sic vnum statutū declaret ab altero.ff.de pet. hær.l.cum sim. Quia tñ auctoritas tanti uiri ampla est, nō audeo ab eius decisione discedere, eo casu quo statutum tm̄ disponit, ꝙ bānitus Vicentiæ bāniatur Paduæ. Semel.n. fuit bānitus, ergo, &c. p not. in l.ꝙ duo.§.fi. ff. arb. cum sim. Vest quia prima rō facta ad partē negatiuā, & ēt ad affirmatiuā non concordant ex p̄dictis. Et qa ēt circa illas solo, & distō eiusdem utilis est ad multa, & maxime ad mām l.3.§.hæc actio.ff.si quis te.li.ch. ius.fu. Ac ēt ad puentiones quę sæpe fiunt inter cōitates, & statuta q̄ quotidie fiunt ꝙ bāniti in vno loco intelligantur bāniti in alio, & sic de sim. Solutionē quam ponit ad dicti primā rōnem hic ad literā inserā, put iacet. Dicebat.n.ꝙ non obst.primū arg. Nā aut si successio, aut accessio. Si successio, tunc id qđ succedit est eiusdē ꝯdōnis, & causę sicut id cui succedit.ff.de ꝯd.& dem.l.libæ.& de do.inter ui.& vx.l.si don.§.sponsus.nisi diuersitas ꝗtatis inter vtrūq; diuersitatē iducat.ff.de fundo.l.cū in fundo.§.si fundus. Fit.n.estio rei immobilis dotalis statim, qa cum p l.Iul.s inhibita alienatio ipsius.ff.de fun.do.p tot & maxime in l.lex Iul.& C.de fun.do.l.1.& 2. Facile poterit eius restō fieri. Pecuniæ uero cum facile expendantur, & consumant

ff.d

ff.de leg.3.l.si coreus.§.1. imò adhuc qñ in dotem datur res mobilis,& se mouens cum alienari possit.C.de ser.pi.da.ma.l.fin.ff. de manu.l.seruum.so.ma.l.dotalē,& no.inst.q. ali.li.vel non in prin. non sic est facilis restō iuxta illud non .n. est semp facilis nois emptio cum numeratio totius debiti non sit in expedito.ff.de fideiuss.l.si dub.in princ. & iō ad restōnem eius datur annus.C. de rei vxo. act.l.1.§.exac. Ad similitudinem eius qd' dr inst.de off.iud.§.1.cum sim.Si uero sit accessio aut est accessio psonæ aut rei, aut actionis.Primo casu accedens habet easdē cognitiones cū eo cui accedit,nisi ɔtrarium exprimatur.ff.de verb.obl.l.vlt.§.fi.ff.de publ. l. si ego.§.quod cām. cū sim. supra alleg. primo arg.Et est rō, qa non vr quid nouum induci,sed magis antiquū augeri.ff.de iur.do.l.4. & intelligo hic accessionem ɔcretam q̄ cohæret primæ quasi sit vnū cum prima.ff. de dā. inf.l.hoc amp.§.de his,ver.ita demū,vel quę cohæret quasi accessorium principali, vel ut ornatus ornato.ff.de auro,& arg.leg.l. cum aur.§.ult.& l. & si non sint.§. pueniamus, vel vt vnius complexu eiusdem vniuersitatis vtrunq; pariter ɔcludentis.ff.de leg.1.græce. & l.si legato.& de leg.3.l.pecul. in princ. Si aūt sit oino discreta accessio,tunc secus.arg. ff.de dam.inf.l.damni.§.si is qui vicinas, & est ratio, quia separatoꝝ separata debet esse ratio.C.de don.inter ui.& ux.l.si maritus.& ibi not.& ff.ad carb.l.de bonis,in princ. nisi & modus illam accessionem inducens aliq̄ tacitam repetitionē prior induceret,de le.3. l.in repet.Tertio casu aut est accessio q̄ deuolutio nuncupatur, & tunc aut fit hominis facto puta nouatione,& perduntur priuilegia primæ.ff.de noua.l. aliam,aut p legē,& tūc obtinet lex diuortio.& qđ ibi not.in l.finaūt §.1.ff.de neg.gest.& l.quod deb.de don.cau. mor. Si aūt sit vera accessio q̄ dr esse cū primæ subsisteti accedit secūda.ff.de re iud. l.4. §.si ex ɔuentione, tunc quod erat in prima deducitur in secundā ei accedentē, nec plus, nec minus loco, re,tpe,vel causa.ff.ut le.no. cau.l.1.§.bell.& §.sub ɔd.& sic assumit nām primæ,sed non accñs.l.item veniunt.§.cum ɔdiximus,& ibi not.ff.de pet.hær. vnaqueq; nā habet suū proprium tps. vñ si prima erat tpalis non sequitur ꝙ secunda sit talis .ff. de ɔlt.pec.l.item illam.§ adijcitur,& de leg.1.l. si cred.in 2. rñso. Fallit qñ secunda adijcitur primæ non ad nouam principalem obligationem ɔtrahendam, sed ad dandam executionem,& exitum iam ɔtractæ qualis est stipulatio de iudicio sisti. tūc.n.prima extincta de cuius executione,& exitu tractabatur, & illa quę dabat viam ɔueniendi ad exitum ex ɔña tollitur,& sic loquił.l.si eum.§. q iniur. ff.si qs cau.& sic debet exponi ibi,quia tales stipulationes p.p rem ipsam darentur.i.p.p ipsum psincipale qd' poterat ipsa actione peti,& eius petitio facilius,& solidius perducatur ad finem. Ad hoc facit.ff.de ser.rust. ɔd.l. 3.§.vlt.& queadm.ser.amit.l.Labeo.sm vnā lect.& de lib.le.l.precio.cum sim.Old.An autem omnia prædicta procedant, & maxime qa ad l.1.& 2.C.si plures vna sen.& alijs iu. Vñ in prima rōne ad partē affirm.alleg.non rñdet.non examino, qa extra mām principalem.Sed si libet uide Doct.in d.§.q iniur. & in §.quod dicitur.& Bart.in d.§. hæc act.

Rubrica de quæstionibus occurrentibus post finitum bannum,aliter quàm per mortem.

Restat postremo vt tertium, & ultimū tps attingatur.Cuius mā est de ɔtingentib. post finitum bānum. Et quia bānum finitur qñq; remanente uita,qñq; per mortem. In duas particulas diuidam tps istud. Prima.n. erit de quæstionibus occurrentibus post finitum bannum aliter q̄ per mortem.Secunda erit de occurrentibus post mortem banniti. & quia more aliaꝝ partium hæc ultima expedietur.Præmitto rubricas quęstionum, quæ in 1. parte veniunt agitandæ quæ sunt.

1 *An dato termino mensis ad soluendum omnibus bannitis. Titius infra illum mensem potuerit offendi, facta deinde solutione intra mensem illum.*

2 *An rebannitus, & non cancellatus possit impune offendi, in qua multæ quæstiones similes inserūtur. & hic quando bannum est nullum, puta quando clericus bannitur a iudice seculari.*

3 *Quid econtrario de eo qui offendit bannitū cancellatum, sed non legitime.*

4 *An simpliciter rebannitus dicatur in integrum restitutus.*

5 *An restitutus recuperet etiā alienata per fiscum.*

6 *Si non recuperat alienata, an recuperet à fisco pretium eorum.*

7 *An recuperet fructus praeceptos à fisco ex bonis quae restituuntur.*

8 *An restitutio taliter fieri possit, quòd ad alienata trahatur.*

9 *An rebannitus recuperet partem quaesitam haeredibus occisi ex forma statuti.*

10 *An ex rebannitione tollatur ius vindicandi quaesitum alicui ex forma statuti.*

11 *An rebannitus intelligatur restitutus etiam aduersus condemnationem factam de bannito dānum passo.*

12 *An rebannitus possit agere pro robaria sibi facta tempore banni, stante certo statuto in themate illius quaestionis narrato.*

13 *An agere possit pro contractu quem facit tempore banni.*

14 *An tempore banni bannitus deceptus vltra dimidiam iusti precij, stante statuto quòd non posset ad sui vtilitatem contrahere exemptus a banno agere possit per l.2.de rescin.ven.*

15 *An rebannitus possit testificari, & alios actus facere, qui infamibus sunt interdicti, & in hac tractatur qui possit famam restituere.*

16 *Si bannitus infamis iurauerit tempore banni, & posteaquam fuit rebannitus deposuit quid iuris, scilicet an valeat eius dictum.*

17 *An rebānitus possit admitti ad honores ciuitatis.*

18 *Si eligitur vel imbursatur ad officium prohibitum tempore banni, & postea extrahitur de bāno an sit habilis, & ibi etiam sequens.*

19 *De eo qui ante bannum fuit imbursatus, & exactus post rebannitionem in praecedenti.*

20 *An exemptus à banno possit ratificare quae gesta sit tempore banni etiam si sint inualida.*

21 *An exemptus de banno possit à suis antiquis creditoribus conueniri.*

22 *An possit agere contra suos debitores qui postquam fuit in banno ante rebannitionem soluerunt communi.*

23 *An rebannitus ex eo, quia ante terminum banni occidit rebellem prohibeatur habere officia prohibita bannitis rebannitis.*

Prima pars tertij temporis.

1 PRima igitur, q. † facta fuit in fauorem bannitorū, siue reip. reformatio quod banniti soluentes intra mensem certā quantitatem intelligerētur à banno exēpti. pendēte dicto mense Caius bānitus fuit offensus à Sempronio, deinde post offensionē, & ante lapsum dicti mēsis Caius soluit, quaeritur an Sēpronius veniat puniendus, & vīꝫ ꝙ nōn, quia tpe offensionis bannitus erat, ergo potuit ex forma statuti impune offendi.l.4.§.ꝯdemnatū.ff.de re iud. Ad qd' possent multa allegari, sed causa breuitatis omitto. Et ēt qa sciendum est olim hanc qōnem fuisse disputatā, vt refert Io.And.in add.Spe. in saepius alleg.tit.de accus.§.seqtur.ver. qd si qs suaꝝ additionū.vers.est sciēdum. Et ibi dicit, ꝙ disputator determinauit Semproniū puniēdum, & duas rōnes assignat. Prima est, qa aut beneficium trahit ad tp̄s solutionis, aut e ꝯtra solutio ad tp̄s beneficij, ex primo remanet delictū impunitum, ex secūdo venit puniēdum, ergo p̄eligendum est secundum, cum publica vtilitas exigat maleficia puniri de sent.excōm.c.vt famae.& ibi cōcor. Inducit secūdo legem sufficit.de cōd.ind. Equiparat.n.ꝯdōnem superuenientem ad actū puꝝ ei, q̄ à principio fuisset annexa. Sed certū est quod si ab initio bānitus sic fuisset, ꝙ soluendo intra mēsem tm̄ à banno esset exēptus, interim non potuisset impune offendi, ergo nec hoc casu. Aduerte, qa prima ratio nihil facit, qa cap. vt fame, cum cōcor. loquitur in delictis, sed pluries dictū est, quod illud qd' fit lege p̄mittente nō est delictū l.si seruus. C.de his q ad eccl.conf.& not.in l.1.& per Bal.ff.ne qs eum q in ius vō.est vi exi. Praeterea ibi concurrunt interpretatio delicti, & interpretatio excludēs delictum. Secūda, assumitur l.merito.ff.pro socio. de poen.l.interpretatione. Tertia ēt ratio pōt tolli ex eo, ꝙ hic non est cōditio adiecta. sed terminus certus positus solutioni q interim obligationē nō extinguit sicut faceret cōditio, vt ibi not.ff.in l.sufficit, & sic cū interim esset bānitus potuit impune offendi. pro hoc.ff.ad sen.li.l. sub ꝯdōne.& l.4.§.sed & Marcellus.de in diē addit.& ideo puto subtilius aduertendum retenta tm̄ decisione p̄dicta, & sic vbicunq; post actū perfectum apponit̄ suspensio, illa non reddit actum ꝯdōnalem, quod secus est qn̄ ab initio habet suspēsionem l.2.ff.de in diē addit. cū ibi nota. Et illud veꝝ in contractibus, sed in vltimis volūtatibus secus est, quia semp actus redditur ꝯdōnalis.ff.de adimen. lega.l.legatū pure.& de cōd.& demōstratio. l.qbus diebus.§.qdā Titio.& dixi supra parte p̄ced.q.78. Sed regula traditur, ꝙ vbi inter ꝯtractus, & vltimas volūtates est dr̄ia. legis dispositio adaptat̄ ad dispōnem vltimae voluntatis.l.1. C.de his qui vt ind. & ibi not.

per

p gl.& Bart.ff.ad Sylla.l.in cognitione.& de adim.leg.l.trāsactio.& latius in l. ita stipulatus.de verb. obl. Sic ergo in proposito facta æquiparatione ad vltimas voluntates diceř interim nō bānitus,&sic Sēpronius veniet puniendus, p hoc qa facta prorogatione termini interim executio fieri nō pōt l. 4. §. si ex cōuētione.de re iud.facit.ff.si cer.pet.l. pecuniā.cū ibi not. & hoc verū,si assignaŕ terminus oībus bannitis vel aliqbus spāliter enumeratis.& offensus sit de illis. Si vero fuerint ordinati certi officiales q hńt reuidere q banniti debeāt hře tale beneficium,puta qa in ordinamento dř, q illi banniti qui fuerint declarati intra mensem ab officialibus turris possit intra mēsem à die declarationis soluere taxatā quantitatem.&c. Puto isto casu ante declarationē posse impune offendi, qa pšens status nō tēdit de sua nā ad exclusionē banni.& ideo nō inspiciř qđ euenire pōt,sed post declarationem factā,secus est.tendit .n. tunc pšens status ad exclusionē bāni cū iā soluēdi beneficiū datū sit, & ideo hoc casu offendi non pōt alio sic vt in dictis iuribus probatur.faciunt no.in §. sacram. p Bart.& melius q̄ subtiliter scripsit in l.Iulianus verū debitorem.ff.de cond. inde. in vlt. op. Aduertat ergo multū ad verba deliberationis q talem bannitum vult offendere, & cōsideret, q in dubio cautius est abstinere, & prædicta vera in sciente legem. In ignorante autē vide quæ dicam statim in seq. q.

2 Secundo quæro † dictum est supra proxime de offenso ante solutionē. Sed q̄ro qđ si soluerit intra tps vel aliter fuerat rebannitus,sed nō fuerat cācellatus. An offendēs eū puniaŕ? Ista est antiqua q.& formaŕ diuersimode, q̄nque in offendente bannitū, cuius bannum est ipso iure nullum, vt in clerico incedente vt laicus,bānito, & occiso de qua facit mētionē Alb.de Gād.in tit.de bānitis. in 6. col. & ibi refert p multos fuisse determinatū talē offendi potuisse,qđ Ioan. And. late examinat referens disputationem Aegidij Cremon.& Nic.de mat.in regula q qs. lib.6.& in soluente cācellato.Idē Io.And.refert disputationē Viānisij, & eius determinationē in add.Spec.sup rub. de obl. & sol. in fi.suaš additionū Iac.But.posuit in l.de ætate.§.ex causa .ff. de inter. ae. & ibi ēt Rayn. Iac.de Are.in l.1.§.si oēs.ff.de vend.inspici. In bānito nō legitime posuit Dy.in l.pe. ff. de adult.& ibi Bart. in l. gńo. de his q not. inf. Quæ oīa iura faciūt q offendens excusetur à descriptione bāni ēt ab initio inualidi siue validi ab initio,& sublati,sed nō cācellati, & sic eū occidens non veniat puniendus. & vt patere pōt lectori in locis prædictis omnes cōcordāt q sciant prædicta puniaŕ, qa cancellatio de facto non est illa quæ eū faciat rebannitū,vt dixi supra parte pxima q. 75. Et ita intellř quod not. in sæpius alleg. addi.in vers.quid si quis.in ver.addi.qđ incipit quartum mēbrū.euanuerat .n.virtus bāni.& sic eū non esset bannitus cessat statutū. In ignorāte vero cōcludunt ēt oēs q non teneatur pœna l. Corn. quia illa requirit dolum,& non habet locum ēt in lata culpa. l. in l.Corn.ff ad l.Corn.de sic.An aūr in aliquo puniaŕ variauerunt do.in aliquo. dixit ēm Aegidius, q nullatenus punitur cū ignorans in illa fuerit culpa.ff.loca.l.si ignorans & in c.2.de const.lib.6.sed Nic. Mat. latius declarans dixit q aut erat persona offendēs in qua cadebat iustus error,aut non, vt primo casu non teneaŕ secundo sic, quod refert Ioan.And.in d.c.q qs,Bar.vero in d.l.pen. quia debuit diligētius inuestigare an bannū fuerit rite datum, q puniŕ de homicidio culposo.ff.vi bo.ra. l. 2. §. hac actione. & d. l. Corn. maxime cum error iuris sit lata culpa.l.liberto℞.§.notantur.ff.de his q not.inf. pro hoc alleg.quia cum alio cōtrahens debet se informare de cōdōnibus eius.ff.de reg.iur. l.q cū alio. multofortius qui aliū interficit. de reg.iur.l.qui in alterius.Ioan.And. in eo q soluit, sed nō fuit cācellatus occisor tenet occisorē nō puniri de dolo,sed iudicis arbitrio šm facti qualitatem.ff.de sic.l. 1. §. sed si clauā,& alia iura alleg.in d. rub. & de ob. & sol.Veritas ergo est q vbi ei pōt imputari culpa ēt ignoranti pōt extraordinaria pœna imponi.alias non. Et ideo si elapso tpe appellandi nulla causa agitaŕ ēt nullitatis, sed non rite bannitus registratus est inter alios bānitos,& ita bānitus credit.certe nullo modo erit puniendus eū occidens pšumitur.n.pro snia l.Herennius.§ Caia.de vsur. Similiter si bannitus non venisset ad soluendū,sed alius p eo soluisse, & occidens non fuisset ibi tpe solutionis,& dum veniret inueniret illū q erat bannitus veniētē ad ciuitatē,& illū occideret, certe in nulla culpa esse pōt. Si vero publice diceret bannū fuisse

nullū vel facta esset reformatio in fauorē aliquorū qd' soluerēt, & publica esset reformatio, certe tunc debuisset inuestigare, an id q de nullitate dr̄ verū sit. & an esset de illis qui soluissent alias est in culpa, & sic tūc opinio. Bar. verificat, non tñ intelligas q semp pariter puniat, sed p modo culpæ, vt l. aut facta. §. delinquūt. ff. de pœ. Adeo, q dubitat. an p leui culpa possit criminalr̄ puniri, de quo ibi p Bart. & p eū, & alios in l. 1. ff. de legi. In dubio aūt maxime vbi est statutū q ille intelligeē bannitus qui reperit descriptus in certo libro alio nō pbato, non pōt talis occidens extra ordinem ēt puniri. C. de adult. l. Gracchus, & d. §. ex causa. & vide ēt quod scribit Bald. in l. hmōi. §. si cui ita. ff. de leg. 1.

3 Sed tertio q̄ro in casu ɔuerso. † T. rite bānitus fuit cācellatus sed nō legitime G. eū interfecit. q̄rit nunqd puniat tanq̄ occidēs nō bannitū, an excuset à pœna quasi in veritate bānitus existeret. Certe nō insistēdo dicēdū est q excusēt. & non puniat. l. non secūdū. & ibi per Ray. de do. inter ui. & vxo. ff. facit, l. quoties. ff. q sa. cog. cū si. Actus. n. q nullus est, nullū pducit effectū, & paria sunt nō fieri, & fieri, sed nō legitime, vt ibi, ita ēt tenet Bald. in c. 1. in prin. hic fi. l. Cor. & inci. consue. & alle. Io. And. in c. veniens de acc. & est verum ēt si occidens putauerit illum rite cācellatum. excusatur. n. à pœna, licet non admittatur ad præmium, vt dixi supra in 2. tempore. parte 2. in q. 23. 24. & 25.

4 Quarto q̄rit † Titius bānitus, fuit p reformationē simplr̄ rebānitus, vel à bāno exemptus, & deinde cācellatus, an dicat recepisse solū indulgētiā, an vero fuerit in integrū restitutus. Et vt videat importantia q. sciēdum est q est dr̄ia inter indulgentiam, & restitutionem. nam vbi filius exisset ptātem patris, puta si statutū ita dictaret, qa alias bāniti de qbus agimus illam non perdunt, vt dixi in 1. parte 2. tpis. q. 21. Et tunc si aliquis consequitur simpliciter indulgentiam illam non recuperat l. insulam. C. de sen. pas. Qūque tñ consequitur quis indulgentiam non simpliciter, sed cū aliquo adiunctō. Et tūc eatenus extēdit indulgētia quatenus illud adiunctū importat, vt eo. tit. l. si pr̄. Si aūt qs restituitur dr̄ totum econtra. quia si conceditur simpliciter restitutio omnia restituta vūr eo. ti. l. 1. sed si cum limitatione eatenus restringit quatenus operatur limitatio eo. tit. l. 3. qñque tñ conceditur indulgētia, & restitutio, & tunc oīa complectuntur, nisi aliud sit expressum, eo. tit. l. fi. & ibi p Bart. ad quæst. ergo an rebānitio importet restōnem vel simplicem indulgentiā rediens dico q Iac. But. refert Bart. in d. l. fi. disputauit hanc quæst. & renuit in dubio importari restōnē motus principalr̄ per duas rationes. Prima quia dispositio sup pparatorio porrigitur ad illud cuius est pparatoriū. ff. de contrah emp. l. clausibus. & C. de dona. l. 1. ad qd' facit. ff. de his q̄ in te. delen. l. cācellauerat, sm̄ Bart. Sed cācellatio siue rebannitio est pparatorium ad restōnem, ergo, &c. Secunda beneficia debēt latissime interpretari. ff. de const. prin. l. fi. p qua decisione dicit Bart. esse casum in l. 1. in fi. ff. de qō. & ita ēt sentit Cyn. in d. l. fi. si aliter videre cupis, vide ibi per Moderniores.

Viso ergo q intellr̄ restitutus q̄rit quin-
5 to, † an talis restitutus siue rebānitus recuperet oīa bona ēt alienata per fiscum. de bonis nō alienatis clarū est l. 1. & l. fi. C. de senten. pas. Sed in alienatis est qō, & cōis conclusio est vt ad illa talis restitutio non porrigat q probatur sm̄ Bart. in d. l. fin. Primo, qa qui emit à fisco nullo modo pōt inquietari. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. Secundo qa idē debet esse in qualibet ciuitate. ɔstat eīn q post publicationem fiscus legitime tenuit illa bona tanq̄ heres l. 3. C. ad l. Iul. de vi. sed q emit à tali nō pōt inqetari. ff. de peti. her. l. sed, & si. l. §. itē si rem. & p hac parte alleg. in l. Gallus. §. & q d si tm̄. de lib. & post. q̄ dicit q restitutio nō trahit ad ius q̄situm. Tertio, facit. ff. de minor. §. Sceuola. vbi difficilius ɔceditur restitutio post alienationem quam ante, & qd' hr̄ in l. fi. C. de rep. hær.

4 ram. Indicioꝝ † duo sunt gn̄a, vnū qd' indicat aliquem deliquisse, & ex proposito, & oē
5 quod † indicat propositum, indicat, & inter fectorem, licet non semꝑ puniat de proposito, & hoc euenit, qn̄ rixantes obueniant forte, & casu. Aliud indicat deliquisse, sed non
6 ex ꝓposito, vt in tabula. Et in pdictis † indicium aliud est remotum, & leue: aliud ꝓpin
7 quum, & graue. Propinquum est, qd' † tangit negocium, vt vnus testis de visu, captus in loco delicti, & reliqua. Indicium vero remotum dr̄ homo malæ ꝯdōnis, & similia. Et
8 fm Oratores † attributa negocijs, partim sunt ꝑtinentia cum ipso negocio, partim in gestione negocij ꝯsiderant, partim adiuncta negocio sunt, partim gestum negocium ꝯse
9 quunt. Sed ꝑteritum † tps maxime valet, nā & q̄ fiant, & q̄ futura sint, ex præteritis colli
10 gunt, & ea, quæ † in delicto fiunt, siue post, ad hoc vt indicent propositum oportet esse eiusmodi, vt ꝯsequant ab ante delictum gestis, & de industria facta videant, de qua industria loquit text. in c.21. Exod. & l. militis agrum. ff. de re mili. Cic. in lib. 2. de Inuent. ti. nunc ad causam cōiecturalem. In prædictis
11 † duplex est præsumptio vna iuris, & de iure, & hæc non recipit ꝓbōnes in ꝯtrarium, alia est iuris, & hæc recipit ꝓbōnes in ꝯtrarium. Qualr aūt ꝓbent indicia dicet in tit. de Indicijs per visum vnius testis. Postremo
12 † quia ꝑ tria tpa omne negocium arguitur certioribus argumentis, itaq; per ea excutiā locos indiciorum in specie, de quibus hacte-
13 nus in gn̄e dcm̄ est. † Ante igitur delictum capiunt indicia a Persona Causa, Consilijs. & is ordo est, facere voluerit, potuerit, fecerit. Sed qō, an fecerit, incipit a secundo tpe.

DE INDICIIS PRAEmeditati ante delictum ex persona, Tractatus I.

SVMMARIVM.

1 *Persona rei qualis sit in omni delicto ante omnia intuendum est.*
2 *Persona qualitas demonstrat animum fuisse, aut non fuisse offendendi.*
3 *Malitia, & incontinentia rei, indicio maleficij præstat, vnde caput erunt accusationis, vel inquisitionis.*

De malitia,& innocentia. Cap. I.

1 IN omni delicto ante oīa intuendum, qualis sit, de quo quæritur: quia fm nām incipiendum est à persona: licet Cic. causas sæpe ptulerit, Persona aūt summit, qua alius ab alio differt, tum in aīo, tum in cor-
2 pore, tum in extra positis, & qualitas † personæ demonstrat aīum fuisse, aut non fuisse offendendi l. si mater. C. ne de stat. defunct. Sed qui, quales ue hoīes vsuriam faciant, & qualibus

qualibus iniuria fiat, & quid cuique rei, & quid cuique homini soleat accidere, scripsit Arist.in lib.1.& 2.de arte Reth. Sed Oratores post eũ non sunt executi:q a impossibile, ac potius infinitum est, vide Quint.de arg. lib.5.c.10. At res, quarum causa hõies cõstituunt pt̃ra ius lędere, duæ fere capitales hñt, videlicet, Malitia, & Incontinentia: nam qui bus quisque affectus est vitijs, siue vno, siue pluribus tenean̄, in ea re, cuius gratia vitio sus est, i iuris quoq; atq; iniustus euadit, ma lus.n.male cogitat, & cor iniqui inquirit ma la c.28.& 29 Prouerb.vide Arist. Reth.in c. 27. Quare Malitia, & Incontinentia caput erunt accusationis, siue inquisitionis.

1 *Fama rei est à iudice examinanda.*
2 *Fama quid sit, & quomodo consideretur. & an faciat sufficiens indicium ad torturam?*
3 *Torqueri non potest reus ex indicio remoto à maleficio, sed alia simul requiruntur.*
4 *Fama mala an non solum in eo, in quo quis infamatur, sed ẽt in alijs, rei opinionem grauet?*
5 *Fama mala ad hoc vt noceat, debet esse in eodem genere mali.*
6 *Fama, seu infamia præcedere debet inquisitionem, alias non proceditur, nisi in casibus exceptis.*
7 *Fama mala indicium cessat, si probetur à tribus annis citra reum fuisse bona vita.*
8 *Fama mala non sufficit, nisi conuictus fuerit de infamia.*
9 *Fama bona tuetur reum à tortura.*
10 *Fama bona in genere tollit indicia in specie.*
11 *Testes specialiter examinati super mala fama an præferantur testibus deponentibus in genere de bona fama?*

De fama reorum. Cap. II.

1 EXaminari debet † per Iudicem, cuius æstimationis, & famæ sit reus, qualis ẽt fuerit: pp.n.malam famam delinquentis, facile p̃sumĩ de insidijs, & dolo c.6.
2 lib.Iud.l.4.ff.de suspec.tut. Et fama † est cõis opinio voce manifestata ex suspicione proueniens l.de minore.ff.de quęst.& ibi Bar.& c.2. Reg.pri. Et varie p̃sideratur, videlicet, in gñe, & in specie, in gñe qñ fama est, q aliqs est bonus, vel malus, vel ẽt in aliquo gñe malũ& p hanc non oritur aliquod indicium ad torturam s̃m Bar.in l.fin.ff.de qõ.ibi, est homo malæ p̃dõnis, est indicium qualequale,

& non sufficit ad torturam sine alijs secus si
3 esset vnitum. Et † est rl̃a gñalis, q ex indicio remoto à maleficio reus non torquetur, sed requirunt alia simul. Sed s̃m Brun. fama generalis parit indicium ad torturam, quoties iungitur cum fama speciali, & vita p̃cedens magnam partem defert ad p̃sumendum qd̃,
4 quid sit. † Vnde caueat vnusquisq; q a non solum in eo, in quo quis infamã, sed ẽt in alijs grauatur eius opinio. Vide eundem in
5 gl. circa tertiam, & quintam. † Sed oẽs dñt, q ad hoc, vt mala fama noceat reo, debet esse in eodem gñe mali. quia ex dissimilibus non
6 oritur p̃iectura. † Fama, seu infamia præcedere debent inquisitionem, aliter non procedetur, nisi in casibus exceptis per Hipp.in §.cõstante nu.12. Item qñ ex præsumptione hominis præsumĩ contra aliquẽ pp malam famam in eodem gñe malitiæ, potest admitti
7 pbõ in contrarium. † Et indicium malæ famæ cessabit, si à tribus annis citra probabĩ fuisse bonæ vitæ c.cum in tua. extra de spon
8 salib. † Item fama mala pbari debet, & non sufficit, q ita dicatur de aliquo, nisi fuerit cõ uictus de infamia. Et qualiter probetur vide in c.1.de Patenti. Et diffinitio prędicta declarat, quæ requiran̄ in fama, quæ ẽt probari debet s̃m Hipp.in §. constante, nu.116. Idẽ s̃m Oratores, qñ dñt, deinde vita hominis ex ante factis spectabitur, in quo considerabit accusator, num qñ simile quid fecerit, si id non reperiet, num qñ venerit in similem suspicionem de quo per auctor. ad Heren. lib.1.& Cic.lib.2.de Inuent.tit.2. Quare mala fama contra aliquem oriri non debet, nisi vt supra, & nisi reus p̃uictus fuerit, & qñ mala fama apparebit vt supra, non solũ indicia summentur in eodem gñe mali, sed ẽt in diuerso s̃m Brun. vt supra, & rõ Oratoꝶ reddi põt. Deinde qui fecerit illud tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse, nõ est mi
9 randum. † Econtra aũt pp bonam famam non torquebitur secundum Bald. in l.1. C. locati, vbi multa similia dicit. Sed aliqui li
10 mitant nõ torqueri ita grauiter. † Hoc amplius dixerunt aliqui per bonam famam in genere tolli indicia in specie. Sed multi con
11 tra dicunt, q quando testes sunt † specialiter examinati super mala fama alicuius, tunc tales testes præferuntur testibus deponentibus in gñe de bona fama notat in c.cũ oporter extra de acc. Alia vero est fama in specie

de

de aliquo particulari facto, & quod tale quid sit, vel non: & differt à supradicta: qa respicit vitam hoium, vt supra, Hæc vero respicit negocium, de quo qs accusat, & orit ex circunstātijs negocij, ideo de ea dicet in tit. post delictum.

1 Cōuersatio mala est malæ actionis indicium.
2 Suspiciones malæ trahuntur ex conuersatione, & victu.
3 Conuersans cum inimicis occisi præsumitur ex proposito occidisse.

De conuersatione, & victu. Cap. III.

1 Mala † conuersatio est malæ actionis indicium: nā qualis quisq; est, tali ꝯsortio delectat: & ideo si commissum sit homicidium, & Titius sit solitus ꝯuersari cum homicidis, ex tali ꝯuersatione habebit contra se indicium dicti homicidij. Guid.Suz. in tit. quæ, & qualia: Hipp. in §. expedita in fine. Idem in l. Mosis c.4.& 24. Prouer.& 16. Isaiæ, & 21. Deut. Idem † ſm Oratores
2 ex ꝯuersatione, & victu multæ trahunt suspiciones. ſm Cic. lib.1. de inuent. tit. 13.& 2. tit. 2. Præterea ꝯuersatio † sæpe accipit in alio gñe, videlicet, si occisor fuerit visus ꝯuersari cū inimicis occisi, pſumet quod ex ꝓposito occiderit. Sed talis ꝯuersatio nō respicit pſonā, sicut supradicta, sed potius respicit tractatū, & ꝯsilium, ideo de ea dicet in tit. ex ꝯsilio in vers. quo cum visus sit, vbi magis ꝯgruit.

1 Consuetus delinquere, ex hoc solo indicio an torqueri possit?
2 Associans post delictum præsumitur occulte auxilium prabuisse.
3 Indicia potiora quare requirantur quando quæritur interfectore quam quando quæritur de proposito?
4 Solitus delinquere quis dici possit?

De cōsuetudine delinquendi. Cap. IIII.

1 Qvi assueuit † delinquere, pōt torqueri ex hoc solo indicio ſm Gand. in tit. de præsump. Idem ſm Oratores: est.n. consuetudinis vis naturę per quam simi lis. Idem ſm Moysen, is, cui mos est delinquendi, contemnit oēm correctionem, & pęnæ cōminationem, c.18. Prouerb. Sed Hipp. cum alijs ꝯtrarium tenet in §. diligenter nu. 99. Circa pdicta dic, aut ignoratur de interfectore, & de eo qrit, & tunc aliqs non torquebitur ex hoc solo, aut cōstat de interfectore, sed qritur de proposito, & tunc torquebit, si constabit eum solere occidere, & hoc qn nō probabitur pura rixa. Sed Lud. Carer. sentit in dicto casu posse damnari sine tortura in tract. homic. num. 47. Sed hæc opinio nō placet, & potiora indicia requiruntur ad explorandum quis fecerit, quā ad explorādum quo animo, cum de homicida constat: qa tunc in dubio præsumitur occidisse ꝓp talem pſumptionem, quod sit solitus: & hoc casu onerarer probate contrarium licet rīr non præsumatur propositum, nisi probetur, put in simili
2 dr, quod contra † associantem post delictum oritur præsumptio de occulto auxilio, & reus cogitur probare contrarium ſm Hippol. in
3 §. constante num. 55. Quare autem † potiora indicia requirantur, qn quæritur de interfectore, quam quando quæritur de proposito, ratio est, quod quando constat, quis fecerit, lex de eo pręsumit omne malum, & iungitur cum alia præsumptione, quod consueuerit, & sic duæ emergunt præsumptiones, & hoc casu affines delicto ꝓp secutum effectum, secus qn quæritur de homicida: quia tunc quod assueuerit, est solum indicium, & remotum à maleficio: quia non constat de effectu aliquo.
4 Sciendum est, quod solitus † dr qn quis est conuictus bis deliquisse, & secundū aliquos ter. vide Innoc. c.1. de fideiuss. Idem ſm Oratores ſm Cic. 2. de Inuen. tit. 3. de constit. coniec. ibi. Si quo in pari ante peccato conuictus sit. Et secundum Arist. consuetudine fieri videntur, quę idcirco facimus, quia sæpe numero fecimus. vt per eundem Rhet. 1. c. 29.

1 Progenies bona, vel mala, bonum, vel malum indicium præstat.
2 Natio præsumptionem de hoium natura prabet.
3 Sexus, ætas, animi natura, conditio, fortuna, cultus, risus, & ingressus suspicione contra reum præstant.

De progenie, & natione, & talibus similibus. Cap. V.

1 Qvod quis sit † natus de bona, seu mala progenie bene, seu male pręsumitur ſm Gand. in tit. de præsump. & ind. dub. Moysen c.1.& 27.& 65. Isaiæ. A na
2 tione † similiter præsumitur de nā hominū: nam gentibus proprij mores sunt: sunt.n. nationes,

tiones, q̃ hoĩes facile interficiunt, & diuersis vicijs tenent̃ Bal. in l. fi. C. de her. inst. Apost. ad Titũ c. 1. ibi Cretẽses semp̃ mendaces. A
3 sexu aliud in viro, aliud in fœmina credit̃ l. quisq̃s. C. ad l. Iul. maiest. Ab ætate, aliud alijs annis magis cõuenit. l. q cũ vno. ff. de re mil. Ab animi nã: Et .n. auaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, aliaq̃. ijs similia afferunt frequẽter fidẽ, ac detrahũt, nã qbus quisque obuolutus est vitijs, quorum gratia vitiosus est, iniurius quoq;, atq; iniustus euadit, vide Arist. c. 27. Rhet. lib. 1. A cõdõne, & fortuna, distat .n. an clarus, an obscurus qs sit l. capitaliũ. ff. de pœ. fm Suz. in tit. quæ, & qualia. Ab amictu, risu, ingressu. vt per Moysen c. 19. Eccl. in fi. Sed quæ supradicta sunt de nã hominis pariunt tm̃modo aliquam suspicionem fm Antiquos, q̃n dñr, & de nã licet aliquantulum ducere suspiciones: Oia .n. hæc, vir, an mulier, huius an illius ciuitatis sit qbus sit maioribus, qbus cõsanguineis, qua ętate, quo aio, quo corpore, q̃ naturæ sunt attributa, ad aliquã cõiecturã faciendã pertinebunt. Cic. lib. 2. de Inuen. tit. 2. de const. coniect. Et ratio p̃dictorum reddi põt, quia virtutes, & vitia in ptãte nostra sunt, & non est qd positum in nãlibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina, quę tollũt omnia, c. 1. 2. & 3. prouerb. vide Cic. de fato in princ.

1 ☞ *Physiognomia mala facit præsumi in genere quem ad scelera procliuum, sicut à bona, bene præsumitur.*

2 *Tortura inchoanda est ab eo qui habet malam physiognomiam.*

3 *Hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronteq; Zopirus Physiognomus noscere profitebatur.*

4 *Chyromantia de homine præsumptionem p̃bet.*

De Physiognomia, & Chyromantia. Cap. VI.

1 EX Physiognomia † mala pręsumitur quem ad scelera procliuum, sicut ẽt à bona bene præsumitur fm Bald. in l. 2. C. quorum appel. nõ reci. Idem in l. Moysis c. 19. Ecclesiasti. ibi, ex visu cognoscit̃ vir, & c. 3. Isaiæ, ibi, agnitio vultus eorum rñdet eis. Sed ex ijs pręsumi potest in gñe, non aũt in specie de aliquo delicto, nisi alijs concurrentibus, licet Paris de Puteo dicat per Physiognomiam bis iudicasse, vide eum in
2 dicto tract. col 8. Vnde dixerunt † aliqui, q̃ si plures rei sunt torquẽdi incipiendũ est ab
2 hñte malam physionomiam. Legitur ẽt † q̃
3 Zopirus physiognomus profitebat̃ hoĩum mores, naturasq. ex corpore, oculis, vultu, frõte cõnoscere. Sed dic, q̃ aliquãtulũ p̃sumitur per tex. c. 16. Reg. 1. ibi, ne respicias vultũ eius, q̃m abieci eũ, nec iuxta intuitum ho
4 minis ego iudico. A Chyromãtia † fm multos præsumitur de homine, nullum tñ verbum legitur apud I.C. In l. Mosis legitur c. 37. Iob, ibi, qui in manu omnium hominũ signat, vt nouerint singuli opera sua. Vnde elicitur, posse præsumi arte ea media, & illũ textum Iudęi sic fuerunt interpretati, asserẽtes lineas esse nãles, & non frustra positas. Sed nostri intelligũt in manu. i. in potestate hoĩum. Vel pro opinione Iudæorũ est textus c. 13. Exo. vbi vr̃ probari lineas esse positas ad aliquid significandũ de hoĩe, & esse signũ naturę. Apud Oratores non legit̃ de supradicto indicio, sed de Physiognomia sępe.

1 ☞ *Indicium oritur à nomine si cum eo mala fama concurrat.*

De nomine. Cap. VII.

1 A Nomine † fm scribentes oritur indicium, si concurrat mala fama, vt puta q̃ quis esset malæ famæ, vt q̃ vocaretur Rampinus. Sed fm Cic. 2. de Inuent. nonnunquam aliquid suspicionis nascitur, & fm Quint. lib. 5. de argumentis. Nomen in argm̃ raro cadit, nisi cum aut ex causa datum est, aut, & ipsum alicuius cogitationis attulit causam, & hæc est verior opin. Idem in l. Mosis 1. Reg. c. 25. ibi, quoniam secundum nomen suum stultus est.

1 ☞ *Indicium p̃positi à pallore oritur contra reũ.*

2 *Affectus animi exterioribus indicijs cognoscitur.*

3 *Pudorem rubor, terrorem pallor, ac tremor, & dentium crepitus consequuntur.*

4 *Animus, & corpus p p affectionem sæpissime cõmutatur: quod ante, vel post delictũ contingit.*

5 *Indicia ex animi, & corporis commutatione ante delictum contingentia à quibus tractata, & an indicent propositum?*

6 *Indicia ex animi, & corporis commutatione cõtingentia ante delictum magis vrgent ad indicandum propositum, quàm post delictum ad indicandum maleficium.*

De

De Pallore. Cap. VIII.

1 A Pallore † alijsq. similibus oritur in
dicium: pp enim temporarios ani
mi motus ante delictum apparẽtes
male præsumitur, & torquetur reus, vtputa,
si quis visus fuerit pallere, pauere, aut aliter
vultu moueri, & non appareat causa, si par-
uo interuallo aliquem occiderit, seu vulne-
rauerit, presumitur proposito deliquisse: nã
2 † enim cõparatum est, vt si q̃s cogitet delin-
quere, sitq. in actu ꝓximo delinquẽdi, vultu
moueat, detq. indicia qualitatis intrinsices,
vnde oriũtur signa ꝯsciæ, & sic exterioribus
indicijs cognoscit affectus animi. Et reuera
3 † quid accidit diffuso sanguine, aut ꝯtracto,
nã pudor extra sanguinem diffundit, timor
vero cõtrahit. Et pallor eiusmodi ſm Philo
sophos accidere solet vehemẽti cogitatu, in
subito motu, sanguine se ad interiora reci-
piẽte: Ex quo fit, vt pudorẽ rubor, sic terro-
rẽ pallor, ac tremor, & dentiũ crepitus conse
4 quãtur ſm Cic. 4. Tusc. q̃õ, & ẽt euenit † pp
affectionem, quæ est animi, aut corporis ex
tpe aliqua de causa cõmutatio, vt lætitia, cu
piditas, metus, molestia, & alia similia, q̃ po
nuntur à Cic. lib. 1. de Inuen. tit. ꝯfirm. Et p̃-
dicta ꝯtingũt bisarie, videlicet, ante delictũ,
& post. De ꝯtingẽtibus post delictũ fit men
tio p oẽs, maxime in l. de minore. §. tormen
5 ta. ff. de qõ. Sed de contingẽtibus † ante deli
ctũ, & sic de supradicto indicio non, nisi per
Græcos, & Quint. lib. 5. de argumẽtis, c. 10.
Sed in l. Mosis c. 20. Neçmiæ, ibi, quare vul
tus tuus tristis est, cũ te ægrotũ non videã?
nõ est hoc frustra, sed malũ nescio quod in
corde tuo est. Itẽ supradicta dñt, q̃a ante de
lictũ indicant ꝓpositũ, post aũt delictũ indi
6 cãt solum deliq̃sse. Item † dñt, q̃ ante deli-
ctũ magis vrgẽt ad indicandũ de ꝓposito, q̃
post delictũ ad indicãdũ de delicto. De rõne
diuersitatis dicetur infra in tit. post delictũ.

1 ☞ Reus potest probare contrarium etiam post didicita testificata, & potest retorquere: & an prædicta indicia sine alijs sufficiant?
2 Causa delicti debet ostendi, alias indicia contra reum nullam vim habent.
3 Indicia personæ sine causis non valent.
4 Persona sicut indicat potestatem, & voluntatem fuisse reo, ita ex contrarijs non fuisse demonstratur.

Pro reo. Cap. IX.

DIctum est supra cõtra reum. Sed pro
reo ex cõtrarijs facile suppetet con-
1 tradicẽdi facultas. Potest enim † in-
cõtrarium, & post didicita testificata ꝓbare.
Secundo, põt retorquere: q̃a indicia ꝑsonæ
in diuersum trahuntur, ſm Quint. de ꝯiect.
Tertio, p̃dicta indicia nõ sufficiũt sine alijs,
cum sint remota. Bart. in l. fin. de qõ. Quar-
2 to, ſm † aliquos nullam vim hñt, nisi aliquid
quare factũ sit, ostẽdatur, cum nihil sine cau
sa fiat, vt in sequẽti tit. in princ. vide Cic. de
Inuen. lib. 2. tit. 2. ibi, vt. n. aĩum alicuius im-
probare nihil attinet, cũ causa, quare pecca
rit, nõ intercesserit, si causam peccati interce
dere leue est, si aĩum nulli minus honestę rõ
ni affinis ostendatur. Et p prædictam sñiam
3 cõcluditur notabile, q̃ indicia † ꝑsonæ non
valẽt sine causis, & econtra. Demũ nota pro
reo non solũ hic, sed in omni causa, & cõtra
q̃libet indicia locum hẽre. Arist. in lib. 2. c. 35.
Rhet. ibi, q̃bus aũt rationibus demonstrari
possit factam rẽ non fuisse facile ex contra-
4 rijs suppetet facultas. Quare sicut † ꝑsona
indicat ptãtem, & voluntatem fuisse reo; ita
non fuisse demonstratur, & sic in reliquis.

DE INDICIIS PRAEmeditati ante delictum ex causis, Tractatus II.

SVMMARIVM.

1 ☞ Indicia causarum quæ sint?
2 Quærendum est quot, quanta sint in reo causæ, vt earum causa deliquisse videatur.
3 Causa quæ propriè dicatur?
4 Causa in impulsionẽ, et rõcinationem diuiditur.
5 Impulsio quid sit?
6 Rõcinatio quid sit? et quãdo ĩterfuisse videatur.
7 Propositum non arguitur, quando rixa fuerit inopinata, licet causæ præcedant, tam secundũ legem Mosis, quàm iura ciuilia.
8 Propositum non censetur, nisi industria, & insidiæ intercesserint.

Quid sint causæ, & qũo distribuantur, & q̃ ex ijs oriatur propositum. Cap. I.

POst supradicta indicia sequuntur indicia
1 † causarum, quæ sunt, Impulsus ad ali-
quid

quid agendum,cum nihil fine causa fiat, nã
nihil factum esse cuiquam probatur, nisi ali
quid quare factum sit, ostenditur. Itaque
2 † decet quærere,quot, & quantæ sint in reo
causæ, vt earum gratia deliquisse videat l. q
cũ vno.ff.de re mil.in fin.Idem in l.Mosis c.
21. Iosuæ,ibi,nec ante biduum, triduum ue
probatur inimicus. Idem fm Oratores fm
Cic.lib.2.de Inuen.tit.2.de constit.conect.
3 Causa † proprie dr̃ id,ex quo, vel pp quod
aliquid fit. Sed qñ per causas oritur ,ppo-
situm,ex infrascriptis locis Oratoꝝ accepi.
4 Causa distribuitur † in impulsionem,& róci
5 nationem. Impulsio † est quæ fine cogita-
tione p quandam animi affectionem aliqd
hortat,vt amor,iracũdia,ægritudo,violẽtia,
& oia,in quibus aius ita vr̃ affectus fuisse,vt
rem ꝑspicere cũ cura,& ꝯsilio non potuerit:
& id qđ fecit,impetu quodã animi potius q̃
6 cogitatione fecerit.Ratiocinatio † aũt est di
ligẽs,& ꝯsiderata faciendi excogitatio.Ea dr̃
tũc interfuisse, cũ aliqđ faciendum certa de
causa vitasse,aut secutus esse aius vr̃,vt si ami
citiæ qđ causa factum dicet,si inimici vlciscẽ
di,si metus,si gloriæ, si denique alicuius rẽti-
nẽdi,augendi,adipiscẽdi ue cõmodi,aut con
tra rapiẽdi,diminuendi,deuitãdi ue incõmo
di causa. vt p Cic.loco quo supra. Idẽ apud
7 Moysen, q s † non punitur de ,pposito,licet
voluerit occidere,& sint causæ,dũmodo nõ
occiderit p industriam,& insidias,c.21.Exo.
ibi, q percusserit hoiem volens occidere, &
ibi,si quis p industriam. Idem apud I.C.qñ
rixa fuit inopinata,licet causæ pcedant,non
tñ erit propositum.Bal.in l.1.C.ad l.Corn.
8 de sicar.Conclusiue fm oẽs,propositum†nõ
censetur,nisi industria, & insidiæ intercesse-
rint,vt in locis supra traditis. Nec mihi de-
tur vitio integros locos Oratorum recitas-
se,eorumque verba vsurpasse,quia tanta vis
est,vt nec syllaba quidem prætereunda sit.

1 ☞ Causa, quas in maleficio quærere oportet, quot sint?
2 Causas in adulterio,vel furto quærere nihil attinet, quia illas ipsa crimina secum habent.
3 Competitorum, vel riualium altero interfecto præsumitur contra alterum.
4 Phyltra amatoria ab amante propinata libidinis faciendæ gratia censetur.
5 Causa ad hoc vt probent debent esse in processu probata in specie non in genere.
6 Testes deponentes in genere, & non in specie super causis non probant.

De causis quinque per quas delinquitur,& quo probentur. Cap. II.

1 CAusæ,vnde † omnis humana oritur
actio, & quas in maleficio quærere
oportet, sunt septem fm Arist.lib.1.
de arte Reth.c.27. Sed fm alios post ipsum
hæc maxime spectantur,ira,odium, metus,
spes, cupiditas; nam reliqua in has species
cadũt,& de ijs in homicidio præcipue quęri
2 tur, in alijs vero, † vt in adulterio, & furto
de causis frequenter quærere nihil attinet,
quia illas p se ipsa crimina secum hñt fm
Quin.de cõiectura lib.7.c.2. De supradictis
causis fit mentio in l.cũ ratio.ff.de bo.dam.
vbi pater interficiẽs eum,qui filium suũ hæ-
redẽ instituerat, pp illud cõmodum fecisse
vr̃. Idem de alijs causis.l.si ob stuprum.ff.de
cond.ob tur.caus.l.vni.ff.de amb. vbi potest
3 † summi indiciũ in duobus competitoribus
eiusdẽ honoris, siue ẽt in duobus riualib.vt
vno interfecto ꝑsumatur contra alteꝝ.Præ-
terea ob libidinis faciandæ appetitũ pocula
4 † amatoria,q̃ phyltra vocant,ceteraq. hmõi
flagitia cõmisisse hoies deprehensi sunt l.3.
5 & toto tit.C.de malef.Causę ad hoc † vt ,p-
bent,debẽt esse probatæ in ,pcessu in spẽ,nõ
6 aũt in gñe,& testes deponentes † in gñe, &
non in specie super dictis causis non ꝑbãt.
vide notata in cap.cum oporteat de accus.

1 ☞ Causa quot circumstantias continere debeãt?
2 Occidisse ille præsumitur, qui occidendi causam habuit.
3 Deliquisse ille præsumitur, qui ex delicto commodum consequitur,vel incommodum euitat, vel cui ita forte videtur.
4 Iudex animaduertit quo animo quid quisque faciat,non quo euentu vtatur.
5 Accusator reum ex causis demonstrabit.
6 Iudices p causas reum quærent,cũ is ignoratur.
7 Causa non solum indicat propositum, sed etiam reum.
8 Causa debent esse grauiores, quoties quæritur quis deliquerit quàm quando quæritur propositum, cum de reo constat.
9 Propositum ex leuibus causis præsumitur, non delictum.
10 Quando constat quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum propter secutum effectum. secus

quando

quando quæritur quis fecerit, quia non præsumit pro leui causa occidere.

11 *Animi vicium cum causa conglutinari ad indicandum reum licet, atque quibus sit vitijs subiectus reus ostendere oportet.*

12 *Malus qui semel fuit in eodem genere mali semper præsumitur malus.*

Quo causæ indicent propositum, & reum, qñ de eo ignoratur. Cap. III.

1 IN causis duæ † circunstantiæ insunt, vide licet: quis fecerit, & q̃obrem fecerit. Vn
2 de † si qs fuerit interfectus, & ignoratus à quo, quæreī per supradictas causas: nam is p̃sumitur fecisse, qui faciendi causam habue-
3 rit. Idem sm Oratores, probabile est, † quod probat reo expedisse peccare, vt cum quærit nunquid commodum maleficio acquisierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem, num aliq̃ cupiditatē amoris, aut nunquid incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium. Nihil tñ refert non fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incōmodo, dūmodo ostendi possit ei
4 visum esse, q arguit: Iudex enim † aiaduertit quo aīo q d q sq; faciat, non quo euentu vtaī l. 1. §. si qs instrumenta. C. de latina libert. tollenda, vide Auct. ad Heren. lib. 2. tit. in causa
5 ꝯiecturali. † Et sm Oratores in hoc loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alij nemini fuisse causam faciendi, secūdo loco tantam, aut tam idoneā nemini, sin fuisse alijs quoq; causa faciendi videbiī, aut ptās alijs defuisse demonstranda est, aut facultas,
5 aut voluntas. Itaq; † Iudices p supradictas causas reum q̃rent, cum is ignorat: qa cau-
7 sæ non solum † indicant ꝓpositū, sed ēt reū, qñ ignoratur, vt supra. Et rīr oē, qđ indicant ꝓpositum, indicat, & reum. Aiaduertendum
8 † est, ꝙ causæ debent esse grauiores, quoties q̃rit q s deliquerit, q̃ qñ q̃rit ꝓpositum, cum de reo constat, & rō est: qa nemo p̃sumiī leui
9 causa hoiem occidere. Secus qñ † ꝯstat de delinquente, sed quæriī propositum: tali. n. casu præsumitur propositum ēt pp leues cau-
10 sas. Et rō diuersitatis est: quia qñ † constat quis fecerit, lex de eo p̃sumit omne malum pp secutum effectum l. qui cædem. C. de sicar. Secus qñ quæritur quis fecerit: qa tunc lex non præsumit omne malum, imò nō pręsumit pro leui causa occidere. vide quæ dicta
11 sunt in præcedenti tit. c. 4. Præterea in † oī causa aliquid eorum, quę personis attributa sunt, ad eam causam, qua commotus peccasse diceī, adiungere licebit: & ita poterit animi vitium cum causa ꝯglutinari, hoc modo. Si dicetur pecuniæ causa fecisse, ostendet accusator eum semper auarū fuisse: si honoris, ambitiosum. Idem in ceteris, q̃bus obnoxij sint, aiaduerti pōt, vti in ijs rebus, & earum rerū causa, quæ singulis vitijs, cupiditatibus quæ subiectæ sunt, oēs immoderate, & impotente versentur. Arist. lib. 1. Rhet. c. 27. Sed Oratores post Arist. voluerunt, atq; ex dispari gñe culpatum, si ex pari summendi facultas nō erit, improbare aium aduersarij oportere, & rō est sm eos, qui fecerit illud tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse nō est mirandū. vide Cic. in lib. 2. tit. de inuent. & lib. 2. ad Heren. tit. in causa coniect. Verū prędictis repugnat regula Legistarum, semel
12 † malus præsumitur malus in eodē gñe mali. Quandoq; tñ etiam per ipsos conceditur.

1 *Inimicus an poterit torqueri, quando quis fuit interfectus, & nescitur à quo, si inimicitia fuerit capitalis?*

2 *Inimicitia est indicium remotum à maleficio.*

3 *Pluribus rixantibus si quis fuerit occisus, contra inimicum si de indiuiduo non constet præsumitur, & ex hoc is poterit torqueri.*

4 *Nemo reperitur, qui non metuat, oderit, speret, & irascatur per quas causas delinquitur.*

5 *Inimicus etiam suspectus qua probare debeat ut torqueatur.*

6 *Reus suspectus debet interrogari, vbi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.*

An inimicitia sola, & sic alię causæ sufficiant ad torquendum. Cap. IIII.

1 SI quis est interfectus, & nescitur à quo, sed ꝓbatur † ꝙ Petrus erat inimicus illius, ex tali p̃sumptione poterit Petrus torqueri, sm Spec. in §. species. de p̃sumptio. & sm Rom. in l. 1. ff. ad Sylla. per textum. ibi. In suspicionem cædis, per quem text. multi ꝯsentiunt semel posse torqueri, dūmodo inimicitia sit capitalis: Adde c. 12. Ecclesiast. ibi. Nunq̃ credes inimico. Sed moderni cōtra tenent, Hippol. in §. diligenter num. 70. quem multi sequuntur per multas rōnes, maxime
2 ꝙ † inimicitia est iudicium remotum, & dicit Speculat. intelligunt quoties necesse est vnū ex pluribus hominem interfecisse, & certum est

est delictũ,& certæ pſonę, ſed incertũ est de
3 indiuiduo,& tũc † ex illis plurib. poterit ini micus torqueri. Oratores multi ꝯſentiunt, q̃ a multę cauſę ſunt,q̃ inducũt ad maleficiũ,
4 et latẽtes,& ignotę,cũ nemo† reperiat,q nõ metuat,oderit,ſperet,& iraſcat,ꝑ quas cauſas delinquit.Quare non ꝯſequit,Petrus inimicus est,ergo occidit, cũ alius potuerit occidere ꝑꝑ ſupradictas cauſas , et latentes. Ego in hac difficultate ꝑcilitãdis opinionibus diſtinguo ſm Cic.in lib. 2.ti.2.de Inuẽt. ibi.Maxime.n.quęri oportet in hac q̃ſtõne. Primũ potuerit ne aliqd fieri,deinde ecquo
5 ab alio potuerit.Cõcludit,† q; ſi Petrus ꝓbabit aliũ ecquo potuiſſe occidere,nõ torqueatur,alr ſic.Quare demõſtrabit reus,aut alijs quoque bono fuiſſe,aut alios quoque id, de quo ipſe ſimulet,facere potuiſſe vide Auct. ad Heren.lib.2.tit.collatio. Hac defenſione vſus est Cic. ꝑ Mur.in familiã Anchariana, & ꝑ Scauro circa mortẽ Boſtaris in matrẽ auertẽs crimẽ. [Veř id breui faciẽdũ est,vt ne alterius defendẽdi cauſę hũc accuſare videat.Sed ſufficiat à ſe crimẽ trãſferre.ſm oratores,ſi aut cõmodũ nullũ fuiſſe,aut paruũ, aut alijs magis fuiſſe , aut nihilo ſibi magis q̃ alijs demõſtrabit.]Maximũ aũt est remedũ diffiniẽdaꝝ q̃onum hoc caſu,& oi alio,
6 videlicet,q ſuſpectus† interrogeť,vbi fuit,& cũ qb.comedit tpe delicti.de hac interrogatione vide Bart.in l.ſi.ff.de q̃ſt.& ita ꝑ locũ, & tpſ Oratores diffiniebant oẽ negocium.

1 Rei defenſiones contra cauſas.
2 Cauſæ non indicant niſi cum vitio perſonæ iunguntur.
3 Propoſiti ſuſpicio ex quibus tollatur.

Pro reo contra cauſas. Cap. V.

1 PRimo reus negabit † fuiſſe cauſam, ſi potuerit,aut eam vehemẽter extenuabit,deinde iniquum eſſe dicet,omnes, ad quos aliqd emolumẽti ex aliqua re ꝑuenerit,in ſuſpicionẽ maleficij deuocari.Ter-
2 tio,Cauſæ † non indicãt,niſi cũ vitio pſonę iũgant,quia non in oĩbus pſonis valent.Itẽ dicet,aut cõmodũ nullũ fuiſſe,aut paruum , aut alijs magis fuiſſe,aut nihilo ſibi magis,
3 quã alijs.Cic.in 2.de Inuen.ti.2.Item † mõſtret,aut facultas,aut ptãs , aut voluntas de fuiſſe reo,& per hęc.n.videbit reus aut non occidiſſe,& ſi occiderit,non ex propoſito.

DE FACTO ANTE DElictum,ſeu contento cum delicto indicante conſilium, Tract. III.

SVMMARIVM.

1 Conſilia poſt cauſas ſunt intuenda.
2 Conſilia quæ ſint,& quomodo diffiniantur?
3 Conſilia ante delictum quomodo conſiderentur, & proponantur?
4 Animus præſumptione verbi,vel facti probatur.
5 Coniectura ex conſilijs quæ vere indicent reum delicti?
6 Conſilia referuntur ad partem indiciorum, quæ ex cauſis ducuntur.
7 Propoſitum ante delictum à quibus facti, dicti ſuo indicatur.
8 Indicia dicti,& facti, quibus non ſolum cognoſcitur propoſitum, ſed ẽt reus, cum ignoratur.
9 Facere qui inſtituit,et potuit, feciſſe præſumitur.

1 POſt cauſas † intuenda ſunt conſilia, nam ſicut cauſæ ſunt impulſus ad aliquid agendũ,ita ꝯſilia ſunt ordo gerẽdoꝝ ex cauſis venientium l.ſæpe ff. de ver-
2 bo.& rerum ſig.Et conſilia † ſunt aliquid faciendi,vel non faciẽdi,excogitata rõ,& ſunt præteriti,inſtantias,& futuri tpis. A prete-
3 rito † ꝯſideraĩ quid ante delictum factũ ſit, ex quo ſpes ꝯficiẽdi nata, & facultas faciendi q̃lita videat. Ideo in reo ꝯſideratur,vt nihil actum,nihilq́. dictum, nuſquam ventũ, aut abitũ, nihil denique factũ ſiue cauſa putetur. Et I.C. conſentium per rl̃am,animus
4 † probatur preſumptione verbi,vel facti. Sed imprimis cõiectatur, an credibile ſit reũ ſpe-
5 raſſe † id à ſe ſcelus effici poſſe,an ignorari, cum feciſſet , an ſi ignoratum eſſet abſolui, vel pœna leui trãſigi. Hoc indiciũ fuit Ariſt. in 1.lib.Rhetor.c.31.quod Quint.per eadẽ verba vſurpauit,in c. de coniectura lib. 7. Sed in hoc differt, q per Ariſtotelem refertur ad perſonam,Quint. vero refert ad con-
6 ſilia.Et ſm † eundem conſilia referuntur ad hanc partem indiciorum,quæ ex cauſis ducuntur.Et ita loquuntur I. C. Vnde omnia
7 † dicta , & facta , quæ indicant propoſitum ante delictum , comprehendũtur ſub elemẽtis 11.ſecundum Auctorẽ ad Heren. lib. 2. & ante eum Ariſt.prædicamenta decem cõſtituit,de quibus dictum eſt in tabula. Qua

8 re ordine Auctoris excutiā indicia † verbi, &
facti, & hoc modo non solū cognoscet̄ ppo
sitū, vel & ēt reus, dum ignorabitur, Bart. in l.
fi. ff. de q̄ō. ibi, vel q̄ a inimicus, vel q̄ a fecerit
apparatus. Idem s̄m Oratores, est enim ma
xime ꝯsentaneū, atq; pbabile, vt quod quis
instituit facere, fecisse ēt videatur. Si statuit
9 † facere, & potuit, fecit igit̄, si attentauit, per
petrauit igitur, quia omnes quod volunt, &
possunt, etiam exequuntur, & faciunt. vt per
Aristotelem lib. 2. Rhet. cap. 35.

1 Tractatus p̄sumit pōt ex loco, vbi reus fuerit.
2 Reus vt de tractatu possit condemnari, tria con
currere debent secreta locutio, inimicitiæ capi
tales cum occiso. & quòd homicidium sit secu-
tum incontinenti.
3 Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex
suspectum interrogare debeat?
4 Conuiuia indicant propositum. & seditiones.
5 Locus quot modis accipiatur?
6 Tractatus initia, & consiliorum ex loco com-
prehenduntur.

Elementa autem, de quibus supra, sunt
vt infra. Cap. I.

1 VBi fuerit † videlicet, s̄m text. in l. qui
cum vno. §. fi. ibi, examinantur cau
sæ, & cur, & vbi fuerit, & quid ege-
rit. ff. de re mil. Idem apud Cic. in oratione.
j. in Catilinam ibi, vbi fueris, quos conuoca
ueris, quod consilij cœperis, quem nostrum
ignorare arbitraris? Vnde siqui secreto fue
rint in aliqua domo, seu loco, si exierint, &
occiderint, p̄sumet̄ de tractatu, & poterunt
torqueri, not. in l. 1. C. de ser. fug. Sed aliqui
volūt, q̄ interueniat secreta locutio, sed cre
do sufficere q̄ ꝯuenerint in illū locum, nā se
creta locutio necessario subintelliḡ. Sed mul-
2 ti † tenēt posse dānari, si tria ꝯcurrant. Primo
secreta locutio, secūdo inimicitiæ capitales
cū occiso, tertio q̄ homicidiū sit secutū incō
tinenti s̄m Ias. in supradicta l. Sed de hoc du
bitatur s̄m Ioan. And. in additio. ad Spec. de
præsumptio. vers. 13. Itaque tutius erit tor-
3 quere, q̄ damnare. Itē secuto † aliquo delicto
noctu Iudex interrogabit suspectū, vbi fue-
rit illa nocte, cū quo pransit, vel cœnauit, & si
reperiet̄ mēdax, oriet̄ ꝯtra eū maxima p̄sum
4 ptio vide Bart. in l. fi. ff. de quæstio. & vt † plu
rimū constituta conuiuia indicant proposi-
ta, seditiones, & similia, vt Catilinæ, Lentuli,
5 Cethegi. Sciendum, † locum diuersis modis
concipi, & tanquam speciem dicetur infra
6 in delicto, ex hoc autem † comprehendun-
tur initia tractatus, & consiliorum vt supra.

1 Loci si sint diuersi, diuersa coniectura concip
tur contra reum.
2 Frequentatio loci indicat propositum.
3 Transitus per viam inconsuetam propositi indi-
cium prabet.
4 Propositum indicat, si quis visus fuerit frequen-
tare viam, qua illum, quem occidit, transiturum
sciebat.

Cap. II.

1 VBi visus sit, videlicet, ob diuersos † lo
cos diuersa ꝯiectura concipitur s̄m
Gand. in tit. de præsumptio. & ind.
2 dubi. Vnde † siquis visus fuerit sæpe ire, &
redire ex aliqua via, siue loco, vbi eo die, vel
postero hoiem interfecerit, præsumitur, q̄ sę
pe transierit causa cōmittendi tale delictū,
arg. l. iusto. ff. de vsucapio. Item siquis visus
3 † fuerit ire, vel venire per viam nō consuetā
si hoiem postea interfecerit, erit indiciū pro
positi: nam præsumet̄ voluisse cœlare scelus
perpetrandū, aut vt occidendū magis incau
tū inueniat. faciūt doctrinæ in l. fi. ff. de rerū
diui. nam lex male p̄sumit de ijs, iuxta illud
Euangelij, qui non intrat p ostium fur est, &
4 latro. Itē alij † dixerunt, vbi visus est videli-
cet, ante delictum illic fuisse, qua transiturū
inimicum suspicabat̄, solent. n. q̄ hostibus in
sidiant̄, ea loca insidere, qua illos iter factu-
ros arbitrant̄, vt incautos opprimant. Item
oritur indicium premeditati s̄m Bru. in gl.
circa tertiā ibi, & illo sero, quo fuit factū ho
micidium, fuit visus ire per aliqua loca, in
quibus vicinia eum non cōsueuerat videre.

1 Sociorum qualitas suspicionem maleficij, &
propositi inducit.
2 Conuersatio cum malis hominibus inducit indi-
cium ad torturam contra delinquentem.
3 Associatio mali hominis inducit indicium præ-
meditati, & consilij.

Cap. III.

1 QVo cum visus sit. qualitas † socio-
rum inducit suspicionem maleficij,
quare si delinquens visus fuerit cō-
uersari cum inimicus occisi, orietur indiciū,
2 q̄ de industria occiderit. Et s̄m aliquos † p
conuersationem cum malis hominibus ori
tur

tur indicium cōtra delinquentē ad torturā, ſm Hipp. in §. expedita num. 93. Sed de hoc dubitatur, dictum eſt ſupra de indicijs ex pſona c. 3. Sed in l. Moſis vrgens eſt indicium c. 16. Iſaiæ. ibi, ſocij furū, & c. 4. prouer. ibi, puerſi corde nō inueniūt bonū. Itē ſi ſequa
3 tur † homicidiū, ſi interceſſerit aſſociatio ma li hois, licet in ea nihil fecerit, pſumetur de malo ꝯſilio, & de pmeditato l. non ideo mi nus, & ibi doctores C. de accuſ. & ſic ex hoc ſimplici ſociatu oritur indiciū, & ſupra, pp qualitatem perſonæ, nam conſilia impiorum ſunt doloſa c. 12. & 14. prouerb.

1 *Apparatus indicat propoſitum.*
2 *Arma ferens qui non aſſueuerit, præſumit præcogitaſſe, niſi contrariam cauſam oſtenderit.*
3 *Arma euaginata portans præſumitur portaſſe ob facilitatem aggrediendi, & perficiendi delictum.*
4 *Exercens ſe in armis cum non ſit ſolitus, præſumitur de delicto præcogitare. Idem ſi acuerit arma, vel aliquam experientiam fecerit, vel in loco vicino arma repoſuerit.*
5 *Præſumptio ꝓpoſiti inſurgit contra illum, qui aſportauit bona ſua de loco, vbi homicidium cōmiſit, ad locum ad quem poſtea confugit, vel ſi bona, vel eorū maiorem partem alienauerit.*
6 *Apparatus non debet videri fruſtra factus.*

Cap. IIII.

1 NVnquid appararit, videlicet, equos † ad eundum, arma ad cædem, & alia, quæuis inſtra pro facinoris, qđ objicitur, qualitate. Vnde armatus ſe non
2 ſolitus, item ferens † arma, qui non aſſueuerit, pſumit præcogitaſſe, niſi ꝯtrariā cauſam oſtenderit, per quā tollatur prædicta pſum-
3 ptio l. 1. C. ad l. Corn. de ſica. Itē portās † arma euaginata pſumit portaſſe ob facilitatē aggrediēdi, & pficiendi delictū. Itē exercens
4 † ſe in armis, cū non ſit ſolitus. Itē ſi acuerit arma, aut aliquā experiētiam fecerit de illis, ſi repoſuerit alicubi arma, ibi, vel ēt in loco vicino, poſtea deliquerit, pſumit propoſitū. arg. l. 1. §. ui poſſideris. ff. de ui, & ui armat. Quidā addiderūt nunqđ fecerit, videlicet, ſi
5 aſportauerit bona † ſua de loco, vbi poſtea cō miſit homicidium ad locū, ad quē poſtea ꝯfugit, vel ſi q̄s alienauerit bona, vel maiorem partē bonorū ſuorū, ſi poſtea hoiem occiderit, pſumet contra eū de propoſito ſm Blan.
6 in gl. alienatio. nu. 76. Non. n. videri † debet fruſtra factus apparatus, cum nihil actū, nihilq. dictum ſine cauſa puteī l. q cū vno. ff. de re mil. ibi, vbi fuerit, & quid egerit.

1 *Amicorum, vel ſociorum certo loco, & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indicat propoſitum.*
2 *Amicus ſecutus amicum cum enſe, vt aliquo eum comitetur, ſi obuiam forte inimico fiat, an & quando de auxilio teneatur?*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo ſcit inimicum offenſi adeſſe, præſumitur particeps criminis.*

Cap. V.

1 NVnquem conuenerit, videlicet, cum aliquo † ſtatuit perficere certo loco, aut tpe. Vel ſm aliquos, nunquē iuerit inuentum, vt ducat ad maleficium. vide Fulg. in l. q ſi fugitiui ff. de edil. edic. ibi,
2 Amicus meus venit † ad me, & dicit veni mecum, quia volo eſſe in vno negocio meo. Ego accipio enſem, & ſequor eum, ipſe aūt fit obuiam inimico ſuo, & occidit eū, an ego tenear quaſi auxiliator? Dr, ꝙ ſi ignorans ſum ſecutus eum, & cū ipſe inſultās ex illū, ego me retraxi, ꝙ nullā pati debeo pœnā, idem ēt ſi diſcedere non potuiſſem, vbi aūt cū potuiſſem recedere, ſtetiſſem, tūc ſine dubio non eſſem innocens. Item ſciens inimi
3 cum † offenſi in certo loco, conueniens, & ducens eum per dictum locum, præſumitur particeps criminis l. pen. ff. ui bon. rap.

1 *Aſſocians delinquentem ante delictum videtur ſocius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conſcij qui ſint. & qui teneantur de delicto?*

Cap. VI.

NVnquem habuerit conſcijs, videlicet, aliquem de ijs, cum quibus pręſumitur tractaſſe ab initio. Poterit
1 ēt † aliter intelligi videlicet: aſſocians delinquentē ante delictū vr̄ conſcius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit, ſm Bald. in l. 1. C. de ſer. fug. Et hoc dicetur ēt
2 in tit. poſt delictum. Alij ēt † ſic intelligunt videlicet, hic, vel ille ꝯſcius fuit, vt in oratione pro Milone dicitur Marcum Fauonium fuiſſe conſcium voluntatis Clodij, cui dixerat, Milone triduo periturum.

1 *Propoſitum indicatur, ſi veteres hoſpites, aut clientes domi delinquentis fuerint, vel ſi delinquens*

linquens habuerit malos famulos.
2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij indicium praestat.*
3 *Adiutores varie considerantur.*
4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, praesumitur adiutor.*
5 *Delinquens si sit persona vilis praesumitur cum auxilio fecisse.*
6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*
7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio an praesumatur de industria facta?*
8 *Rixa quando censeatur pura, & quando praemeditata?*
9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*
10 *Praesentia si delicto adhibeatur, deliberationis indicium oritur, modo illa praesentia fiat animo se immiscendi, si opus esset. Secus si forte fortuna, et quando quis dicatur adesse causa se immiscendi?*

Cap. VII.

1 DE adiutoribus, videlicet veteres †ho
spites, aut cliẽtes domi delinquẽtis
fuerunt, vel habuit malos famulos,
qua de re pcogitasse vr̃ per tex. in §. hoc aũt
2 in auct. de non alienan. Item † aliter si delin
quens elegit idoneos, relinquendo inutiles
domi, vel ẽt põt dicere de potentibus ami-
cis, haec.n. praesidia non solum qui hñt, pluri
mum posse vñr, sed ẽt 2. qui tales amicos ha
bent, aut conscios, si quidem auxilijs ijs, erit
adminiculis, & instrũis fraeti delinquunt. Prae
3 terea varie † considerant adiutores ſm Bal.
in l. haec verba. ff. de infa. Vnde siqs mutuat
4 pecuniam alicui, & is, † cui mutuauit, statim
conduxit gentes contra ciuitatem mutuan
tis, vel quid simile fecerit, psumit mutuauisse
tali causa, erit quae psumptio iuris, & de iu-
re ſm Brun. in gl. circa quartam. Et simili
5 † modo qñ delinquẽs est persona seruilis, &
magnũ facinus comisit, psumit cum auxilio
fecisse l. qcunq;. C. de ser. fug. Item aliter po
6 test intelligi, sicut apud Cic. spectai comita
tus Clodij, & Milonis. Et multitudo adiuto
7 rũ parit indiciũ deliberationis, licet ſm † ali
quos in dubia re nõ psumat coadunatio in
pluribus occidentibus, nisi pbet clare de in
dustria coadunatos esse, ſm Bal. ĩ l. nõ ideo.
C. de accus. Hippol. in §. cõstante nu. 45. Dice
8 rẽ † tñ psumi casu euenisse rixam, nisi probe
tur ante rixam coadunatos fuisse, nec est ne
cesse, (iudicio meo) pbare q coadunatio sit
facta de industria, sed sufficit pbare, qd' sit
9 facta coadunatio. & .n. † praesumit fieri malo
aio ob effectum secutũ, nã si facta sunt ea, q
posteri⁹ fieri, ac sequi solẽt, facta esse priora
& q illorũ grã instituebant, existimandũ est.
10 Per pñtiam † adhibitam delicto oritur in-
dicium deliberationis, modo illa pñtia fue-
rit animo se immiscendi, si oporteret, secus
si forte fortuna ſm Bald. in l. 1. ff. de ser. cor
rup. & tunc dicitur adesse aio se immiscendi,
cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

1 ☞ *Armorum, ac ceterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*
2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*
3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*
4 *Pecuniae suggesta, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

Cap. VIII.

DE adiumentis, videlicet, de ijs rebus
1 † quas delinquens auxilio fore ar-
bitrabat, vt puta, arma, & quaelibet
instrã, ex gñe enim armorum, ceterorumq.
instrõrũ praesumit animus, & atrocitas male
ficij, ſm Bald. & Salv. in l. 1. C. de emenda.
2 ser. Quare siquis † ambulauerit cũ armis ha
statis, arcu, balistis, & similibus indicat ani-
mũ occidẽdi l. 1. §. diuus. ff. de sica. Adiumen
3 ta † quoq; diuersis modis cõsiderant, sicut su
4 pra de adiutoribus, nam pecuniae suggestae,
& alia similia accommodata sunt adiumen
ta, & instrumenta ad aliquid agendum.

1 ☞ *Locus, in quo quis praeter consuetudinem fuerit, vel in quo versari non consueuerat, vel non debebat, propositi indicium praebet.*
2 *Occidens aliquem in loco, in quo versari non soleat, praesumitur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.*

Cap. IX.

1 NVnquo in loco † pter cõsuetudinẽ fuerit,
videlicet, in quo suspectus erat, siue sibi
vbi versari non cõsueuerat, nec debebat, no-
2 tatur in l. 1. §. diuus. ff. de sic. Vnde ẽt † siquis
hoiem occiderit i aliqua ciuitate, siue loco,
quo non sit solitus versari, psumet consulto
occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa,
vide Bald. in l. fi. ff. de qõ. & in l. fi. C. eod.

1 ☞ *Tempus propositi argumēta præbere potest,*
2 *tēporū duplex est significatio generaliter enim, & specialiter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad indicia magis confert, probationesq; affert inexpugnabiles.*
4 *Tēpus ad indicia eliciēda quō cōsiderari debeat?*
5 *Temporū longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium.*

Cap. X.

1 AVt alieno † tpe videlicet, minus cō uenienti, vt si noctu dicatur egressus domo, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tpe visus fuisse, & sic ex antecedentibus deducuntur argumenta, videlicet, noctu exijsti, proficiscentem antecessisti, nunquid ēt noctu, quod in die fieri commodius vide-
2 batur posse. Et tpis † duplex est significatio, gñaliter.n.& specialiter accipitur, præteriti hñs, instans, & futurum, & constituta discrimina, vt estate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, vt in pestilentia, in bello, in conuiuio.
3 Speciale aūt tps † ad indicia magis confert probationesq. affert inexpugnabiles. Vnde
4 † considerari debet tps, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliç, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud Cic. in oratione pro Milone. dr̄ Clodium pridie eius diei discessisse, quo discessurum sciebat Milonē, cuius iter solenne, & necessariū ignorari nō poterat. Et I.C. consentiunt per tps oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in quibus potest considerari. quid ocyus, & quid serius futurum sit. Et cōiter † in
5 tpe perspiciendo longinquitas eius est cōsideranda, nam sæpe oportet commetiri cum tpe negocium, vt in sequenti titulo dicetur.

DE INDICIIS HOMICIDIJ præmeditati in delicto. Tractatus IIII.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Coadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians forte si occidat, non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectentur, vt indicia neuverationis oriantur?*

IN homicidio deducuntur indicia, consi
1 derando, cur † aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiendi nata, & quęsita esse videatur, de qua industria legitur tex. c. 21. Exod. & l. fin. ff. de sica. & l. 2. ff. de vi bon. rapt. quibus iuri
2 bus probatur, q̄ si homines † ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc pręmeditatum censetur, secus qñ id cum consilio, & cura perspicere non potuerunt, & impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerint, vide Cic. lib. 2. de Inuen. tit. 2. de const. coniectu. Idem s̄m Bal. in homicidio ex aliqua causa, siue re non orit̄ indiciū deliberationis, qñ apparet q̄ rixantes sibi obuiauerint casu, vide eum in l. 1. C. ad l. Cor.
3 de sica. Quinimò siquis † habuerit aīum occidēdi, modo forte obuiās occidat, nō punietur de p̄meditato per tex. in c. 21. Exod. de hoc diximus supra in ti. de causis c. 1. In delicto aūt hæc spectantur Locus, Tp̄s, Modus
4 & Facultas, & per hæc accidentia † oritur indiciū deliberationis. Et sicut inimicitię, & reliquæ causæ, atq; consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quęsita.

1 ☞ *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur?*
3 *Occidens hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*

A Loco præcipue coniectatur, cum
1 euidentia loci † sit vna ex quinque speciebus probationum, de quibus notatur extra de restit. spoliatio. c. cum ad sedem, quare spectetur locus. in quo homicidium factum est ex opportunitate, quam
2 reus videtur habuisse. Ea vero † opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum nā ipsius loci opportuni, siue diuersi consilijs. Nunquid etiam eo loco occisus perspici, aut exaudiri potuerit, & num demum locus publicus, vel pri-
3 uatus, an sacer fuerit. Vnde siquis † occiderit hominem in prętorio, vel ecclesia, præsumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse, quia non est præsumendum, q̄ nisi magna causa voluerit in tali loco occidere vide Alb. in tract. 3. stat. 9. 64.

1 *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
3 *Temporis spacium quomodo consideretur?*

1 AT pe præsumitur, quia † reddit gra
ue delictum l.aut facta.§.tps .ff. de
2 pœn.nam lex præsumit contra† agē
tē noctu iuxta euangelium, qui male agit,
odit lucem. Qua de re si delictum fiat no-
cte, præsumitur deliberatum sm Alberi. in
tract. supradicto. Sed sm Oratores latius
dic, videlicet, qua parte anni, noctu, an inter
diu, & quota diei ac noctis hora homicidiū
factum esse dicat, nam ēt momenta valent,
3 † & eiusmodi tpibus spaciū in considerat,
satis ne longum fuerit ad eam rem transigē
dā, & potuerit ne reus scire satis ad id pficiē
dū spacij futuꝝ, & sæpe oportet cōmetiri cū
tpe negocium, & videre potuerit ne aut ma
gnitudo negocij, aut multitudo rerum in eo
tpe trāsigi, nā parui refert satis spacij fuisse
ad id pficiēdū, si id ante sciri, & ratione pro
uideri non potuerit. Idem probatur per gl.
& quæ ibi.not.in l.si vt allegas.C.de sica.

1 *Occasio deliberationis indicium præbet. & quomodo ea consideratur?*
2 *Occasio quæ propria sit? & ex quibus oriatur?*
3 *In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione?*
4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant?*

1 AB occasione oritur † deliberatio, nā
malus animus occasionem quærit.
Sed dupliciter contingit, primo q̄-
ritur idonea ne satis fuerit ad delictum ado
riendum, & hæc aliquid cogitato factum o-
stendit. Secundo an alia melior, quæ præte-
rita, aut non expectata, & hæc excusat. Exē-
pla extant apud Cic. in orat. pro Mil. quem,
fatetur habuisse occasionem occidendi Clo
dium. E contra aūt, inquit, Clodium, captas
se occasionem occidendi Milonē. Sed opor-
2 tet scire, † q̄ proprie sit occasio, quare dic, ꝙ
est pars tpis habens in se alicuius rei facien
dæ, aut non faciendæ opportunitatē. Et tps
actionis alicuius opportunū occasio est. Hęc
orit ex actionibus humanis nō impedienti-
bus, vt puta seruus dormiēs dat furantibus
3 occasionem. Item in † tempore, mensura,
& spacium consideratur, in occasione quali
tas tēporis ex qua nascitur opportunitas,
seu commoditas faciendi, & non faciendi ali
4 quid. Itaque † hoc tantum distant Tempus
& Occasio, genere autem similia sunt.

1 *Modus delicti perpetrati, deliberationis indicium præstat.*
2 *Modus percutiendi præcogitationem ostendit.*
3 *Caput percutiens, videtur fecisse, vt certius offendat, & occidat, & quid si baculo percusserit?*
4 *Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositum indicat.*
5 *Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.*

AModo, quo quæritur quemadmo-
1 dum quid sit † factum, idq. sm Ora
tores tum ad qualitatem pertinet,
tum ad coniecturas, potest probari in l. aut
facta.§.qualitate.ff.de pœn. Vnde siquis per
2 cusserit † aliquem post terga, vel nullis di-
ctis verbis in capite, seu pectore, per hæc de
3 monstrat præcogitasse, quia percutiendo † in
capite vr̄ fecisse, vt certius offendat sm doct.
in c.signif.de homic. Vnde senserunt aliqui,
ꝙ siquis percusserit aliquem super caput ba
culo, siue alio simili instrō, tn̄, quia percussit
in capite præsefert animum occidendi, secus
si in alia parte corporis, vide Bald. in l. sed si
quæcunque.§.si magister.ff.ad l. Aquil. Per
4 multitudinem, † & magnitudinē vulnerum
præsumitur p̄meditatum. Idem per multipli
cationē, aut per geminationē, & hoc qn̄ nō
5 apparet pura rixa. Item per † modum conci
pit propositum proditorium sm Bart. in l.
respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn. vide
licet, proposito antecedenti insultando, &
alio modo proditorio videlicet, si sedens te-
cum in mensa, nulla interueniente rixa te
offendero, vel quid simile fecero, vt ibi.

1 *Facultas delinquendi quomodo consideretur?*
2 *Tractatus præsumitur quādo homicidium cōmittitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.*
3 *Facultas occidendi quando præstari videatur, & vnde indicium tractatus oriatur?*
4 *Astans armatus dum delictum committitur, & si aliquam demonstrationem non faciat, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.*
5 *Associans delinquentem post delictum, delinquendi facultatem præbuisse dicitur.*

6 Auxilium

6 *Auxilium praestare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*

7 *Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior.*

8 *Praesentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si personae fuerint ante delictum congregatae.*

9 *Prohibere potens si non prohibeat, praesumitur particeps criminis, & an hinc oriatur praesumptio occulti auxilij?*

10 *Prohibere valens, si non prohibeat an, & quando particeps criminis, & auxiliator existimetur?*

11 *Domini tenentes famulos malae vocis, famae & conditionis, de illorum delictis tenentur.*

12 *Personae qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.*

13 *Personae vitia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*

14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*

15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat?*

1 A Facultate consideratur † copia, &
potestas instrorum, aut earum rerum
ob quas aliquid facilius, aut sine q-
bus omnino confici non potest. facultates
quoque praecipue ꝯsiderandae sunt, credibi-
lius est occisos à pluribus pauciores, à prae-
paratis inopinantes. hinc illa apud Cic. con
iectura, insidiatus est Clodius Miloni, non
Milo Clodio. ille cũ seruis robustis, hic cum
mulierum comitatu. ille equo, hic rheda. ille
2 expeditus, hic penula irretitus. Idẽ ſm † Iuris
peritos praesumiť tractatus, qñ committiť
homicidiũ cũ multitudine personarum, nisi ex
accidenti, seu casu tales personae superuene
rint, dic vt in antecedẽti trac. i vers. de Adiu
3 toribus. Itẽ facultates † occidendi pſtari vñr,
4 & indicium oritur tractatus, qñ † aliquis ag
greditur aliquem, si ibi vnus, vel plures fue-
rint armati, siue ẽt remoti, modo potuissent
auxiliari delinquenti, licet aliquã nõ faciant
demonstrationem ſm Bald. in l. 1. C. de ser.
fugi. Intellige tñ praedicta, si post delictum
5 † associant delinquentem ſm eundem in l.
non ideo minus. C. de accus. tollitur tñ dcm̃
indiciũ, si ꝓbauerint casu venisse, vt in supra
6 dictis legibus. Quin ẽt † dř praestari auxiliũ
acclamando contra eum, qui offenditur, &
7 rła iuris est, ꝙ ille dř † auxiliari, ꝑ quẽ insul
tatus reddiť timidior, & insultans audacior
ſm Bald. in supradicta non ideo minus. De
8 mum † pñtia adhibita delicto facit indicium
occulti auxilij, si tales pſonae fuerint ꝯgrega
tae ante delictum, vide Hipp. in §. ꝯstãte, nu.
9 45. Itẽ cui ptãs † est ꝓhibendi, ne qs offenda
tur, & non ꝓhibet, pſumiť particeps crimi-
nis per rłam, vř occidere, qui potest prohibe
re. & l. scientiã in prin. ff. ad l. Aql. vide Gãd.
in tit. de pſumptio. & indi. in dubi. & qñque
oritur pſumptio occulti auxilij. Sed ſm ali-
quos neque indicium, neq; suspicio oriť. nisi
alia ꝯcurrant, vt puta, si post delictũ associa-
uit delinquentẽ, aut aliae insit causae, & circũ
stantiae, aliter non pſumiť particeps. no. in l.
vt vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac mã est bo
na gl. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. ibi. Sed
10 qd † si possum ꝓhibere Titiũ iniuriari Sem
pronio, an debeã iuuare? Rñdeo ſm canoni
cos doctores, ꝙ sic, verbis interponendo me
honesto modo. Sed ſm I. C. non, nisi in ijs,
quos habeo corrigere, vt in permissis videli
cet, filijs, & seruis. [Hinc de delicto ammis-
so à filio vidẽte patre, & nõ ꝓhibẽte nec cla
mãte ꝯtra filiũ, teneť sicut ipse. Idẽ in dño cõ
11 tra seruũ, † qđ extẽde ad nobiles tenentes
seruitores malę vocis, ꝯdõnis, & famae, vt de
illorum delictis teneant, nec audiunť ignoran
tiã ꝓ allegãtes, cũ debuerint ꝯsiderare ea fa-
cile, euenire posse, & per similes pſonas cõ-
mitti, vnde si famulus ignem mitteret in do
mum ꝯductã dñs nõ teneť nisi habuisset ser
uos malae ꝯdõnis, quia tunc in causa est, te-
nendo similes pſonas. not. in l. seruus, ff. ad
leg. Aql.] Circa pdicta vide Ias. i d. l. vt vim.
Aliqui tñ senserunt, ꝙ si qs potuit sine peri-
culo vitae suae ꝓhibere, & nõ ꝓhibuerit, tali
casu pſumať particeps criminis, qa quisque
cogit defendere bona ẽt inimici, tanto ma-
gis pſonã iux. tex. c. 23. Exod. in princ. Hřĩ
12 † tñ debet rõ personae, nam multi sunt ita
nã timidi, ꝙ ob timorem patiunť verbera-
ri, licet possent verberare. Vñ ex qualitate ꝑ
sonae saepe apud I. C. arguitur, & fit ꝯña, & si
13 cut † vitia personae pręmunt, & onerant de
linquentem, ita contraria eleuant, nam qua
14 litas † offendẽtis inducit excusationẽ, siue ac
cusationem, & demõstrat animum fuisse. aut
non fuisse offendendi. not. in l. si mater. C. re
15 de sta. desunc. Et demum † atrocitas crescit
ex ijs, videlicet, quid factũ sit, à quo, in quẽ,
quo animo, quo tpe, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS MALEficij præmeditati post delictum: Tractatus V.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia post delictum ex quibus oriantur.*
2 *Associans delinquentem ante, vel post delictum nunquid videatur socius criminis?*
3 *Consilij, vel occulti auxilij præsumptio oritur contra associantem post delictum.*
4 *Receptans scienter malefactorē in domo sua post delictum pſumitur particeps criminis, & poterit torqueri, nisi receptus sit recipientis consanguineus, vel aliqua alia iusta causa probetur.*
5 *Prohibens reum capi videtur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*

1 POst delictum † oriunṫ indicia, consi-
derando, quid postea factum sit, facta
eṁ quæque antecesserunt, quęq; inse
cura sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nō
nullę qōnes scribentium, videlicet, siquis as-
2 sociatus † fuerit delinquentē post delictū cō
missum, nunqd videatur ꝯscius criminis? Et
multi tenenṫ, quod sic. Cōclusiue tṁ dicēdū
est, & distinguendū, aut iste associatus est de
linquentē ante delictum, & tali casu teneṫ, &
ꝯuinciṫ, quia per ꝓcedentem, & subsequentē
actū associationis accusat se, atq; propallat,
sin aūt post delictum tṁ, tunc distinguēdū,
videlicet, si subito apparuit, tunc p̄sumiṫ sci-
uisse, aut ex mora, & interuallo apparuit, &
tunc non p̄sumetur ꝯtra eum, quia tali casu
p̄sumeṫ accurrisse incidenter, & p rumorem.
vide Salic. in l. vnica. C. de rap. virg. Bal. in l.
nō ideo minus. C. de accus. Hipp. in §. ꝯstāte
3 nu. 55. q tenet ꝯtra associātē † post delictum
oriri p̄sumptionem ꝯsilij, vel occulti auxilij,
per quam cogiṫ probare ꝯtrarium, Siqs sciē
4 ter † receperit malefactorē, seu delinquentē
in domo sua post maleficiū perpetratū p̄su
miṫ particeps criminis, & poterit torqueri l.
1. C. de ijs, q latro. Fallit tṁ, si receptus erat
ꝯsanguineus recipientis, siue ēt aliqua alia
iusta causa probabitur ſm not. in supradicta
5 l. Prohibentis reū † capi vṙ conscius crimi-
nis. vide Blāc. nu. 294. Sed intellige quoties
ꝓhibens affuit delicto, secus si incidēter ac-
currit, qđ cogiṫ ꝓbare. vide in simili Hipp.
in supradicto §. ꝯstāte, & i prin. huius tract.

DE INDICIIS MALEficij præmeditati ex non facto, seu cur facto, ante, in & post delictum: Tractatus VI.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur?*
2 *Solicitans, siue quæritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.*
3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet: at non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*

ET si apud Legistas supradicta uidean
tur comprehendi sub facto. Expedit
tṁ scire locos Antiquorum, ex qui-
bus capiebant indicia, quos Cicero est secu
tus in lib. 2. c. 2. de inuent. cuius verba non
sunt prętereunda, quia per ea totius nego-
cij gestio pertractabitur. Quare, quo ꝯsilio,
1 † qua spe ꝑficiēdi, q dq; factū sit, cur hoc mo
do potius, q̄ illo, cur ab hoc potius, q̄ ab il-
lo, cur nullo adiutore aut cur hoc, cur nemo
sit ꝯscius, aut cur sit, aut cur hic sit, cur hoc
ante factū sit, cur hoc ante factū non sit, cur
hoc in ipso negocio, cur hoc post negociū,
aut q d factū de industria aut qđ rē ipsam cō
secutū sit, ꝯstet ne oṙo, aut cū re, aut ipsa se-
cū, hoc huiusne rei sit signū, an illius, an h9,
& illius, & verius potius, q d factū sit, qđ nō
oportuerit, aut nō ſcṁ, qđ oportuerit. Soli
2 citās, siue † q̄ritans qđ ad eū nō spectat, indi
cat ꝯtra se. vide Hipp. §. diligēter nu. 150. Et
3 suspicio oriṫ † quoties q d facit qđ fieri nō so
let, neq; oportet, neq; est rō, quare hoc ꝑ
hoc fiat, & ecōtra, quoties q s non facit, qđ
fieri solet, aut debet. [Qńq; ēt ex abūdante
cautela in hac mā, & in omni fiēda suspecta
& tā facti q̄ dicti p reū fraus, & dolus p̄sumi
tur, & sinistra oriṫ suspicio. ſm Gl. not. in l.
si quis sub ꝯdōne hæredes. ff. de cond. inst.]

DE INDICIIS MALEficij præmeditati ex dicto, Tract. 7.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia maleficij præmeditati ex dicto.*
2 *Indicium propositi contra eum oritur, qui dixerit, quod*

quòd traheret occiso vnam pennam de ala. Vel quòd faceret male capitare, vel quid simile.

3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non diligo talem, vel sum ei nociturus si potero, si eum postea occiderit.*

4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, quòd si senserit rumorem, non se moueat. Vel quòd sentiet aliquid noui.*

5 *Mandatum seu consilium præsumitur siquis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*

6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, vel consilium.*

7 *Causa ni præcedent, nec causatum præsumitur.*

8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.*

9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*

10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quãdo constat minantem occidisse eũ, cui minatus est.*

11 *Indicia verbi duplicem vim habent.*

12 *Is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

13 *Minans, et iactans de aliquem occidendo, an sit solitus minas exequi, quomodo consideretur?*

14 *Minatus si minantem occidat an præsumatur ex proposito occidisse?*

15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur?*

16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*

17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?*

18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patranda, vltra inimicitias sunt multæ.*

19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?*

20 *Pœnam homicidij iusta causa, et dolor diminuit.*

1 Dicta, quęque † antecesserunt, quæq; secuta sunt, considerari oportet, nã ex qualitate verbo℞ aium metimur & probatur præsumptione verbi. Quare ea pimus indicia ante delictum. Et fm Gand.

2 oritur indicium propositi † contra eum, q dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala, vel ꝙ faceret eũ male capitare, vel quid

3 simile. Itẽ si qs dixerit, non † diligo talem, si eũ postea occiderit, præsumet̃ ꝓpositum. Et sil'r si dixerit se nociturũ, si poterit. vide Alberi. in l metus. C. qđ metus cau. Item si di-

4 xerit † alicui, ꝙ si senserit rumorẽ, nõ se moueat, vel ꝙ sentiet aliquid noui, p̃sumet̃ ex ꝓposito occidisse, vt p Bart. in l. si vetere. ff. de

5 priuil. credi. Item † si qs locutus fuerit cũ aliquo, & ille statim iuit, & occidit (quis nesciatur quid dixerit) p̃sumet̃ de mãdato, siue cõ silio, sicut in dño loquente in aurem famuli.

6 Intellige tñ prędicta, si incontinenti † sequat̃ delictum, & q̃n ille, quẽ alloquitur, pariter est inimicus capitalis, aliter illa locutio, ẽt cũ facto subsecuto non facit indicium, nã si

7 non p̃cesserunt † causæ, nec causatum p̃sumitur fm Bru. in q̃ō. inci. circa tertiam. Item si

8 dñs † famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquẽ occiderit, p̃sumetur de mandato. Item † si qs ia-

9 ctauerit de occidẽdo aliquẽ, si eũ occiderit, p̃sumet̃ ex ꝓposito occidisse, & poterit damnari pp̃ esecutum effectũ, & hoc casu nõ cõ siderat qualitas p̃sonæ, si vero non ꝯstabit de occisore, tunc spectabit̃ p̃sonæ qualitas fm Guid. Suz. in gl. sed si p̃ter famam. Idem

10 pp̃ † minas precedentes orit̃ indicium ꝓpositi, dũmodo ꝯstet minantẽ occidisse eum, cui minatus est, nec distinguit̃ q̃n constat, an solitus sit exequi minas. Et in p̃missis no

11 tandũ est, ꝙ indicia † verbi duplicẽ vim hñt, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, q̃n

12 ignorat̃, & quo animo. Etenim † is vr̃ fecisse, qui prædixit facere, sed in hoc differt, ꝙ

13 q̃n per supradicta indicia † quæritur quis fecerit, tũc distinguit̃, an minans, & iactans sit solitus exequi minas, & sic de alijs, secus aũt q̃n constat prędictos occidisse, quia tunc prędicta oĩa indicia sunt grauia, & sufficiẽtia ad cognoscẽdũ de ꝓposito. Et per ea ꝓcedi põt ad torturam, siue in aliquibus ad ꝯdẽnationem vt infra dicet̃. Scribentes dñt præsumi

14 † de ꝓposito ꝯtra minatum, si ꝯtinget eum occidere minãtẽ, q̃a metus est vna ex causis impellẽtibus ad maleficia. Sed ego dico p̃sumi contra minatũ, q̃n constat ipsum cœpisse

15 rixam, aliter præsumit̃ ꝯtra minantem, & ꝙ minatus fecerit ad sui defensionẽ, q̃a in cri-

16 minalibus, ꝙ † qs fecerit ad sui defensionẽ, ꝓbat̃ p ꝯiecturas, vide Ias. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. Postremo maximũ est certamen

17 apud doctores, an minãs, † q̃n nõ cõstat de interfectore, possit torqueri. Et fm Speculatorẽ põt. vide in tit. de p̃sump. §. fin. Sed contra notatur in l. fi. ff. de hær. insti. Alij distinguitt, ꝙ si minãs est potẽs, & solitus exequi minas, ꝙ tũc possit torqueri, alij aũt, ꝙ pos-sit

sit damnari. Hipp.in §.diligenter,num. 81. Alij vero dixerunt posse damnari,qñ tria cõ currunt,videlicet,inimicitiæ, minæ, pcussio cũ paruo interuallo. Vide Bru.in tit.circa rer tiam. Sed hæc opinio non placet,maxime, qñ offensus hēt alios inimicos, ac ẽr, quia
18 † plures sunt causę,q̃ inducunt hoies ad ma leficia,vltra inimicitias.Quare non cõsequi tur necessario,ꝙ sit occisus à tali, cũ ab alijs potuerit occidi. Occurrit hic qõ,ꝙ minans
19 † possit impune offendi ab eo, cui minatus est in illo actu minandi ſm Hipp.in d.§ dili genter.Sed ꝯtra existimo. qa non dr̃ factum cum moderamine.not.in l. vt vim.ff.de iust.
20 & iu.Non tñ puniet̃ pœna ordinaria. [†qa pœnam homicidij iusta causa, & dolor dimi nuit,not.in l.quiquid calore de reg.iur.]

EX DICTO IN DELI- cto, seu post delictum, Tract. 8.

SVMMARIVM.

1 † *Clamor vulnerantis exauditus an faciat in- dicium ad torturam?*
2 *Vox hominum est fallax,quia reperiuntur mul ti consimilem habere vocem,*
3 *Vox clamantis exaudita non habet vim proba- tionis, sed indicij,nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati,dicentis se offendi à tali, an contra nominatum indicium faciat?*
5 *Offenso non creditur sine alijs qualitatibus,etiã quòd haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur?*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?*
8 *Offensi dictum,quando cognoscere non potest ob aliquas circunstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri?*
10 *Mulier clamans sibi vim inferri,facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum,licet nihil agat,cense tur conscius.*

De dicto offensi,& delinquentis. Cap. I.

1 QVæritur,an p † clamorẽ vulnerantis si- ne alijs oriat̃ indicium ad torturam? videlicet, qñ testes deponunt audiuisse delin quentem,& cognouisse ad vocem? Et ſm ali quos testimonium eiusmodi valet,& pbat, videlicet,qñ qs audiuit vocem alicuius,licet non viderit loquentem, vtputa, q̃ sit paries de medio.vel aliqua alia res inter loquentẽ, & testem:& de hoc est gl.not.in l.2.§. idem Labeo,& in l.2.in ver. audierunt.ff de aqua pluuia arcen.& Bal.in l.conuenticulas.C.de epis. & cler. Idem in l.Mosis,c.22. Exod. & Iudicum,c.18.ibi agnoscentes vocem adole scentis,&lib.1.Regum,c.27.circa finem,ibi, cognouit Saul vocem Dauid.Sed pdicta cre do non esse vera,nisi alia ꝯcurrant, put in di
2 ctis iuribus:& re vera †vox hoium fallax est: qa reperiunt multi consimilem hr̃e vocem, & simili modo potest dissimulari.Vnde alijs
3 † non ꝯcurrentibus (iudicio meo) nõ habe- bit vim probationis, sed indicij, & ita semel
4 iudicaui.Econtra autem † per clamorem vul nerati,& offensi clamantis se offendi à tali, potest oriri aliquod iudicium,licet varię sint opiniones scribentium:nam ſm aliquos di cto offensi,etiam in mortis articulo constitu ti nõ credit̃,neq; orit̃ aliqd' indicium ad tor turam, nisi fuerit vallatum alijs circunstan- tijs,vtputa inimicitijs, & similib. vide Alex.
5 cons.14.vol.3.vbi dicit,† non creditur offen so sine alijs qualitatibus,etiam ꝙ haberet in manibus corpus Christi. Alij autem sense- runt,vt credatur offenso etiam ad torquen- dum: limitãdo tamen,vt is offensus illud di cat in articulo mortis, & cum iuro Bald. in auct.si dicatur.C.testa.Hippol.in §.diligen- ter,num. 118. sensit,ꝙ si offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus,ho mo bonæ conditionis,ac famæ, & tale deli- ctum non possit per alios probari, tali casu
6 † oritur indicium ad torturam ꝯtra crimina tum. Hanc opinionem multi Recentiores mordent,&refellunt:Mihi aũt Hipp.opinio æqua vr̃: non est.n.existimandum offensum velle excusare offendentem,& alijs imputa- re,cum non sit maius odium, quam ꝯtra vul
7 nerantem,& occidentem. Limito † tñ dcm Hipp.hoc pacto videlicet: si delictum secutũ fuit nocte,tpe obscuro,tunc tali dicto nõ est credendum,qa verisimile est offensum scire non posse certe offendentem,arg.l. hac ꝯsul tissima.§.cũ humana fragi.C.q test.fac.pñt.
8 Idem in alijs † casibus,in qbus similes circũ stantiæ resistũt, & ꝯtradicunt,vtputa,licet so ret

ret in meridię, sed offendentes erant personati: qa sūr dicto casu offensus non pōt cognoscere offendentem. Et hunc casum semel
9 iudicaui. Et in duobus † ꝑibus offensus non pſumit mentiri. videlicet, in articulo mortis, & subito qñ fuit offensus, nam tpe medio per suggestionem plures mentiri deprehensi
10 sunt. Mulier † clamās sibi iferri vim, facit in
11 diciū, si reus fuerit cognitus. Itē siqs † clamet ꝯtra offensum, licet nil agat, censet conscius.

1 Fama, seu dicto gentium an & quando sit credendum?
2 Fama quando faciat indicium ad torturam?
3 Fama sola quis torqueri non debet.
4 Fama quid sit, & quomodo diffiniatur?
5 Credulitas testium etiam fidedignorum non condemnat, & multominus vulgi, aut populi.
6 Voces populi vanę non sunt audiendę: nec eis est credendum.
7 Fama est solum praeparatorium inquisitionis, nō autem fundamentum torquendi reum.
8 Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.
9 Fama vnde originem traxerit, an sufficiat inspicere ad hoc, vt ex ea possit ad torturā procedi?
10 Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes.
11 Intellectus. l. de minore. § tormenta. ff. de q̄stio.
12 Fama vehemēs an faciat indiciū ad torturam?
13 Testibus non testimonijs creditur.
14 Christus ob voces populi fuit crucifixus.
15 Intellectus. l. decurio. C. de pœnis.

De fama, seu dicto gentium. Cap. II.

De fama apud Oratores, sicut apud nos exempla non desunt: Alij enim
1 † dixerunt non temere famam nasci solere, quin subsit aliquid. Sed alij dixerunt famæ credi, qñ est sine certo auctore dispersa, cui malignitas initium dedit, incrementū credulitas, ꝙ nulli non, ēt innocentissimo possit accidere fraude inimicoꝝ falsa vulgantium. Sed ſm Gand. in ti. de qō. publica vox,
2 † & fama orta ꝯtra aliquem statim commisso delicto in loco commissi criminis à ꝑsonis fidedignis parit indicium ad torturam: & rō est, qa fama orta subito commisso cri-
3 mine, crimini inesse vr̄. Propter tñ † solam famam qs torqueri non debet, & rō est, qa dem vnius multitudo facile sequit. qua de re fama, & infamia ꝯtra aliquem facile oriunt, & ita fere oēs sentiunt, vt in l. admonendi. ff. de iureiur. Et arguendo à diffinitione famæ, nullum affert indicium: nam fama non
4 † est aliud, nisi dicto gentium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate procedens: & sub tali diffinitione comprehendit tam bona, quam mala fama l. 3. §. Idē diuus. ff. de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex non
5 debet fidere cum credulitas † testium q̄uis fidedignoꝝ nō ꝯdemnet l. testium. C. de testi. tanto minus vulgi, aut populi, iuxta illud. Scinditur incertum studia in ꝯtraria vulgus,
6 Idem in l. decurio. C. de pœ. ibi. Vanæ voces
7 † populi non sunt audiendæ, nec enim vocibus eoꝝ credi oportet. Quamobrē existimo
7 famam esse ꝑparatorium tm̄ inquisitionis, non aūt fundamentum torquendi reū. Idem vr̄ ꝓbari snia diuina, iuxta illud: descendā, & videbo si clamorem, q venit ad me, opere ꝑfecit, vbi Deus ꝑ clamorem non aliqd iudicauit. Qua de re dixit, descendā, & videbo, & intellige ꝙ dixit tanq̄ Iudex, non tanquā
8 Deus, qa † Deo explorata sunt oia, & intuetur cor. c. 16. Regum primo. Alij dixerunt
9 oportere cōsiderari, vnde fama habuit † originem, & sic ꝑ originem ꝓcedet ad torturā, si origo erit talis, vt ꝑ eā ꝓcedi possit. Istud non satisfacit (quamuis origo famæ sit semper hñda) nam ꝯsiderata origine ꝓcedet ſm eam, consequenter ſm indicia ꝑcedentia famam. vtiq; erimus in casu indicioꝝ, ꝑ quæ ꝓcedet ad torturam, si erunt, talia vt ꝓcedi
10 possit, non tñ ꝑꝑ solam famam, quæ † sola non debet parere aliqd indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tm̄, siue ad coadiuuandas alias probōnes, & ita iudicio
11 † meo intelligitur l. de minore. § tormenta. ff. de qō. Secus ſm Hipp. in vehementi fama
12 in § diligenter, num. 18. ibi. ꝙ fama † non faciat indicium ad torturam, non hēt locum in vehemēti fama. Nam vehemens fama est sufficiens indicium ad torturam ſm Bart. in consi. 92. Hæc aūt opinio non placet: qa Iudex non debet ꝯsiderare, quia dr̄ sic, sed vnde, & quid, & quale dr̄, & à quibus, testibus
13 † enim non testimonijs creditur l. 3. ver. tu magis scire. ff. de testi. Et ꝑ hac opinione vide tex. c. 22. Exod. ibi, nec in iudicio plurimorum acquiesces sniæ, vt à vero deuies. Exemplo ēt ꝑniciosum est cū magni, sanctiq; viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt.
14 Omitto antiquos, & in vnū finio, † Xp̄s. n.

per

per voces populi crucifixus est,quare,&c.Et
15 lex Decurio † supra allegata loquit de hac
fama. Nam vt dem est in c. de fama reorum
in prin.fama dupliciter consideratur vt ibi.

1 *Confeßio extraiudicialis facit indicium ad torturam,dummodo sit verisimilis,& sit probata per duos testes.*
2 *Confeßio facta ab irato, ebrio, vel stolido non valet.*
3 *Confeßio extraiudicialis sine causa non valet ad obligandum,inducit tamen semiplenam probationem,licet sit factum sine scriptura.*
4 *Confessus legitime in iudicio,pōt ad totum id, super quo ꝓceditur contra eum ciuiliter, vel criminaliter codemnari,licet processus sit ineptus.*
5 *Indicium oritur cōtra eum,qui dicit se primo occisum inuenisse, vel primo homicidium vidisse.*
6 *Ingerens se est suspectus.*

Ex dicto post delictum. Cap. III.

1 PRopter confessionem † extra iudicialē
pōt torqueri,dummodo sit verisimilis
& sit probata per duos testes. Item cō
2 fessio † facta ab irato non valet gl. est in c.
ex lris de diuor.Idem ab ebrio,siue alr stoli-
3 do.Item ꝯfessio † extra iudicium sine causa,
ſm oēs non valet ad obligādum. inducit tñ
semiplenam ꝓbōnem,licet sit facta sine scri
ptura.vide Matthesil. in sing. 13. secus facta
in iudicio, qa tunc calor iudicij supplet defe
ctum not.in l.1.C.de confes. Item quoties
4 apparet † reum in iudicio legitime ꝯfessum
totum id, super quo proceditur contra eum
criminalr, seu ciuilr pōt condemnari, q̄uis
totus ꝓcessus sit ineptus. Sed de ꝯfessione,
ne bis repetat,vide in c.8.& fi.de tormentis.
5 Item indicium † aliqñ sumit ꝯtra aliquem,
qui primo dicit occisum inuenisse,& contra
aliquem, q primo dicit vidisse homicidium
ſm Parid.de Put.in verb.tortura in fi. Et tō
6 est,ꝙ q † se ingerit suspectus est, vide Hipp.
§.diligenter num.150.Sed dic cōtra,nisi alia
concurrant,vt inimicitia,& similia.

EX NON DICTO.
Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas imitatur confeßionem.*
2 *Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam exemplum hic ponitur.*
3 *Reus interrogatus per iudicem, si non respondeat, potest etiam sine indicijs torqueri.*
4 *Recipiens literas debiti, si nihil dicat, videtur debitum fateri,& quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?*
5 *Positioni duo continenti respondens, si dicat de vno non credere,an de alio fateri credatur?*
6 *Tacens habetur pro contradicente in onerosis, & obligantibus personam, nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus.*
3 *Taciturnitas nocet quoties reus tenetur respondere negando,aut confitendo.*
8 *Constitutio si fiat tertio præsente,& tacente,ille non dicitur consentire.*

EXtremum aūt,aut taceaī oportet,aut
concedaī,aut negetur. Si tacebit,aut
1 elicienda est rñsio, aut qm † taciturnitas
imitaī ꝯfessionem, ac si confessum sit,
concludere oportebit,vide Cic. in 1. de In-
2 uent.c.8. Taciturnitas † domestici parit in-
dicium ad torturam. & dicit Par. de Put. ꝙ
quædam mulier diu tacuit mortem viri sui,
& quadam die clamauit reperisse eum mor-
tuum.q̄ fuit capta,& torta ꝯfessa fuit interfi-
ci fecisse virum. vide eū in verb. tortura col.
3.Sed hæc ꝯclusio non est tuta, & requirunt
alia simul ſm Hipp.in §.expedita. Item reus
3 interrogatus per iudicem non rñdens pōt
torqueri, ēt sine indicijs.vide in tract.de tor
4 men.c.3.Item si scribis † alicui, ꝙ reddat ti-
bi centum ei mutuatos,recepit lra,nihil di-
cit,vr fateri.Bart.in l.quo.n.ff.rem rat. hab.
Sed limitat, ꝙ testes, qbus pꝛsentibus dabit
litera habeant copiam,& ꝙ adsint qñ aperi-
tur.vide Matthesi.in sing.22. Item si scribet
tibi,ꝙ sunt testes,qui dñt, te per insidias oc
cidisse Gaium,si accipit lras,&nihil dicis,ori
tur indicium ad torturam, licet multi con-
tra sentiant.vide Hipp.in §.diligenter num.
5 138.& Blanc.num. 224. Item si quis † rñdet
positioni,quę continet duo videlicet,ꝙ com
modaui tibi Codicem, & Volumen. tu re-
spondens,non credo de Codice,videris fate
ri de Volumine.Idem etiam si quis interro-
getur extra iudicialiter ſm gl. in c. non ne.
de præsump Sed secundum aliquos ex supra
dicta confessione tacita solum orii semiple-
6 na ꝓbō.vide Rom.in sing.78.Et ſm † mul-
tos in onerosis,& obligantibus ꝑsonā tacēs
habetur

habetur pro condicente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, q̃ videat venire ad ꝓbónem actus.no.in l.q patiē.ff.mād.
7 Sed in prædictis † credo taciturnitatem nocere, quoties reus tenet r̃ndere negando, aut ꝯfitendo, ꝓut criminaliter, qñ interrogatur per Iudicem: & ciuiliter, qñ monetur r̃ndere positionibus, siue alijs actibus. arg. l. 2. §. qd' obseruari. C. de iur. calum. Et dicit Rom. in
8 sing. 482. q̃ si esset facta † constitutio, tertio præsente, & tacente non dicitur consentire: quod est notandum in hac materia.

1 Mendaciter respondens an possit torqueri?
2 Variatio, seu mendacium in quibus, & circa quæ noceat?
3 Mentiri in quibus liceat propter salutem?
4 Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.
5 Delictum quo casu per mendacium approbare videatur?
6 Accusatus de homicidio, qui negauit se occidisse, & fuit conuictus, an possit alia defensione vti.

Mendacium an faciat indicium ad torturam? Cap. II.

1 Reus mendaciter † r̃ndens potest torqueri: q̃a tacendo veritatem, vr̃ esse in dolo. l. seruus. ff. de dolo. Alij contra, quia licet reo ꝯtraria dicere ꝑ ꝑ salutem. Propterea aliqui distinguūt, q̃ qñ mēdaciū est circa negocium principale, seu circumstantias, tunc facit indicium ad torturam, vtputa, si esset varius circa locum delicti, vel tp̃s,
2 tunc variatio † seu mendacium nocet, vt in exemplo Bar. in l. fin. ff. de q̃ō. vbi ꝑ ꝑ delictū de nocte, Iudex interrogat suspectum vbi, & cum quibus fuit illa nocte, & si reperit men-
3 dax, orit maxima ꝓ̃sumptio. Secus aūt † si mendacium fuerit circa diuersa, vtputa, circa nomen loci, & originis, & alterius reisimilis, tunc. n. licet mentiri ꝑ ꝑ salutem. Omitto alias distōne scribēntium, & dico, quoties tractat de aliquo facto, qd' hēt annexam determinationem loci, vel tp̃is, vel alterius rei, de qua agit, tunc mendacium nocet, vt in exēplo Bar. qñ dicto casu reus vr̃ deliquisse: q̃a non apparet alibi fuisse, & reperit mendax: qua de re reus pōt torqueri. Itaq; si accusa-
4 tus † de homicidio negauerit occidisse, si probabitur, poterit tñ dicere fecisse ad sui defensionem, licet mentitus sit, fm Bart. in l. cum de indebito. ff. de prob. quia mendacium nō
5 est circa negocium principale, vel quia † non approbat delictum terminatū per locum, & tēpus, vbi reus vr̃ fuisse, quoties alibi se fuisse dicit, & mentitur, & si approbat delictum ꝑ mendaciū. [Quod si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit ꝯuictus
6 nunquid possit alia defensione uti, excipiēdo se illū ad suā defensionē fecisse, vel alr̃, r̃ndē fm Bart. & alios scribentes posse, ꝓut no. in l. nemo. ff. de reg. iu. & est cōmunis opinio.]

DE INDICIIS INDICANTIBUS DE REO, SED NON DE PROPOSITO, TRACTATUS X.

SVMMARIVM.

1 *Indicia per quæ arguitur de delicto, sed non de proposito.*
2 *Quærendum non est de aīo, nisi vbi de reo cōstat.*
3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quæ indicant delictum, sed non propositum.*

Dictum est supra per quę cognoscitur de delicto, & ꝓposito simul. Supest
1 videre de alijs indicijs † per quæ arguitur de delicto, sed non æque de ꝓposito sine alijs, & hæc et̃ scire oportet, quia (vt sæ
2 pe dictum est) quæri † non debet de animo, nisi vbi de reo constat. Et in ijs triplex est
3 coniecturalis ꝓbō. Prima, † per visum. Secūda, ꝑ auditum. Tertia, ꝑ tactum, quibus iñ adijciunt Oratores gestum, & odoratū, sed hæc duo ad venena pertinent, vt infra dicet.

1 *Probatio quæ fit per visum, omnibus alijs est maior. Et tūc dicitur plena probatio, quādo fit ꝑ duos testes de visu omni exceptione maiores.*
2 *Torqueri an possit reus ex dicto vnius testis de visu maxime si testis sit oī exceptione maior?*
3 *Testis de visu vt faciat indiciū ad torturā debet deponere, qd interfuerit maleficio, alias secus.*
4 *Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*
5 *Testis vnus de visu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ resistant.*
6 *Testis, qui non est omni exceptione maior, in quibus probet?*

7 *Testis*

7 *Testis non idoneus per aliquod privilegium idoneus fieri non potest.*

8 *Testis debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquẽdo.*

9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur, quia tunc cessat periculum corruptionis.*

10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*

11 *Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.*

12 *Testes inhabiles in casu accusationis admitti nõ debent etiam ad torquendum.*

13 *Iudex videns delictum committi, non potest tamen sine alijs probationibus reum torquere.*

14 *Visus vibrare gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit torqueri.*

15 *Testes si dixerint vidisse duos solos rixari & vidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*

16 *Inimicus interfecti, si visus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

De indicijs per visum vnius testis, seu Iudicis. Cap. I.

1 PRobatio, quæ † fit per visum ſm oẽs
est maior omnibus alijs, & tunc dr̃ ple
na ꝓbõ, qñ fit ꝑ duos testes de visu, &
omni exceptione maiores. Sed dubitaĩ, an ꝑ
2 † solum dcm̃ vnius testis de visu possit tor-
queri reus? Et non est maius indicium isto:
vnde ſm multos põt torqueri: dummodo te
stis sit omni exceptione maior. vide Bart. in
3 l. admonendi. ff. de iureiur. Item debet † depo
nere, ꝙ interfuerit, aliter non facit indicium
4 ad torquendum: nam qñ † deponeret super
remotis à maleficio, & his, quæ ꝯsequuntur,
requirunĩ duo testes vt not. in l. fin. C. fam.
5 ercisc. Adde ſm Bald. ꝙ vnus testis † de visu
facit indicium: nisi aliæ circunstantię resistãt,
vt ꝑ eum in l. 2. C. quorũ appella. Volunt tñ
6 aliqui, qđ licet † testis non sit oĩ exceptione
maior, ꝓbet tñ in aliquibus videlicet, qñ cõ
currit leuitas vitæ rei. Itẽ in criminibus ex-
ceptis vide gl. in l. 3. ff. de testam. Hoc tñ mul
ti respuunt. vt Alex. in cons. 11. vol. 1. qa te-
7 stis † non idoneus ꝑ aliqđ priuilegium nõ
põt fieri idoneus. Alij sentiunt, qđ talis te-
stis, licet non maior omni exceptione, ꝓbet
tñ qñ alia merita processus concurrunt, De
8 mum restringunt, qđ testis † debet esse omni
exceptione maior qñ tractatur de ꝯdemnan
do, secus de torquendo: & rõ est, quia maius
versaĩ periculum in condemnando, quam in
torquendo, vt tradit Hipp. §. diligẽter nu. 4.
9 In prædictis † distinguo, quod in casu inqui
sitionis testes ẽt non idonei admittantur ſm
Bal. in l. 1. C. de sum. Trin. Et rõ reddi põt, ꝙ
hoc casu cessat periculum corruptionis: qa
10 † licet testes sint infames, non nisi instigati
falso deponunt, qđ nõ accidit in supradicto
11 casu: Limitarem † tñ non esse credendum
inimico, licet in casu inquisitionis ꝑ rĺam, ꝙ
inimici de inimicis semper male cogitant,
& facile mentiunĩ. In casu vero accusationis
12 testes inhabiles admitti non debent neq; ad
torquendum, q̃uis sint in ꝯtrarium supradi-
ctæ auctoritates: Et si velis sequi opinionem
ṗdcõꝝ, saltem restringe, ꝙ ex nã negocij nõ
possint hr̃i alij testes, & aliter veritas hr̃i ne
queat, & tractẽĩ de torquẽdo tñ. Iudex q̃uis
13 † viderit committi delictum, nõ põt tñ sine
alijs ꝓbõnibus torquere reũ, vt ꝑ Spec. tit.
14 de sent. §. qualr̃. Visus vibrare † & iacere gla
diũ ꝯtra vulneratũ, licet nõ sit visus vulnera
re, poterit tñ torqueri ſm Spec. tit. de prob.
15 §. & fi. Si testes † dixerint vidisse duos solos
rixari, & vidisse, in fine rixæ vulneratum, ex
hoc poterit ꝓcedi ad ꝯdemnationem, & rõ
est, ꝙ non est defensio in contrarium. Reper
16 to interfecto, inimicus † interfecti visus am
bulare solus in loco delicti cũ gladio euagi-
nato, poterit ꝯdẽnari. vide Ang. de ind. indu.

1 *Reperti in crimine an ex hoc solo conuincantur, vt de facto puniri possint?*

2 *Reperti in domo, vbi perpetrandum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?*

3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*

4 *Reperti in loco delicti, vel in loco proximo possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*

5 *Repertus prope mortuum cum gladio poterit torqueri, & an damnari?*

6 *Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.*

De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.

1 REPERTI † in crimine ex hoc solo conuin

conuincuntur,& de facto possunt puniri secundum gl.in l.actus suitium.ff.de his, q no. inf. Sed hæc opinio non placet:qa quis reus fateat crimen (qd' est maius) monetur tñ, vt suas faciat defensiones not.in l. 1. §. siqs in villa.ff.ad Syll.& c.22. Exod. Si in aliqua
2 † domo perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, reperti in illa domo tpe delicti torquebuntur,& rō est,qa p̃sumuntur scire, & ſm aliquos pñt damnari: Sed dic, vt iit. fin.ne qs p aliqua indicia cõuincatur. Et in
3 prædicto casu † tortura incipiet à solito de-
4 linquere ſm Rom.l.2.ff.ad Syll. Reperti † in loco delicti pñt torqueri. Idē si in loco proximo l.1.§.q tergo.ff.ad Syll. Prædicta multi limitant, q inuentus sit inimicus interfecti,vel q aliæ adsint causæ. Alij addiderunt, q sit inuentus cum armis. Sed ego credo sufficere,vt inuentus sit inimicus interfecti, licet non inueniat cum armis,qa post delictũ potuisset celare arma. Cõclusiue distinguendo,vt supra, pcedeē ad torturam,& non aliter,qa põt quilibet obuiare forte,&casu. Re-
5 pertus † ,ppe mortuum cum gladio poterit torqueri, sed ſm alios damnari ob manifestũ indiciũ.vide Bar. i l.manifestus.ff.de fur. Sciendũ est † q si non reperiunt rei,vt supra dcm̃ est,capient indicia ꝯtra vicinos, q saltē p̃sumunt scire,maxime in furtis Bald.l.1.C. locati,& in l.diuina Deut.c.21.in princ.

1 ☞ *Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ consequuntur delictum, quæ sint?*

2 *Arma, vestes, & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam?*

De armis, veste, & similibus apertis. Cap. III.

Post supradicta indicia visus,&reperto rum in loco delicti,q̃ p oēs appellanē ,ppinqua, superest videre † de alijs, quæ reperiuntur in loco delicti,seu ꝯsequuntur delictum vt p auct.ad Heren.lib.2. tit.6. ibi,in consequenti tpe spectabiť, à quo factum sit,hoc modo,si telum,si vestimētum, siquid eiusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit, &c. de quo ēt vide Quint. lib.5.c.9.& 10.Cic.de inuent.tit.13.in l. Diuina cap.39 Gene. Paris de Put. de Syndic.
2 colum. 6. Sed per hæc † indicia proceditur ad torturam,nisi aliæ circunstantiæ resistant & nisi accusatus aliquam iustam causam ostenderit, vtputa, q vestimentum, siue aliud repertum vendiderit,aut quid simile.

1 ☞ *Fuga sola an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum alijs iungatur?*

2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*

3 *Fuga quando tantũ pariat indiciũ ad torturā?*

4 *Reus præsumitur decessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.*

5 *Fugiens post querelam, seu inquisitionem formatam, contra se non indicat.*

6 *Fuga quoties potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.*

7 *Fugiens post commissum homicidium, an excusetur, si dicat se fugisse, quia timebat ne consanguinei occisi ipsum offenderent?*

8 *Fugiens ob suspicionem accusationis, vel inquisitionis an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*

9 *Iuramēto probantur ea, quæ in animo consistũt.*

10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quòd reus deliquerit.*

11 *Conscientia scelerum mille testes.*

12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*

13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia.*

14 *Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest.*

15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramēti.*

16 *Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium.*

17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*

18 *Fuga si alicui obijciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.*

19 *Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.*

20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*

21 *Famulus fugiens à domino, an præsumitur domini res, si non adsint, furto subtraxisse?*

22 *Fuga famuli an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*

23 *Fuga an aliquo casu faciat probationem.*

24 *Innocentia rei etiam confessi, et condemnati omni tempore est quærenda.*

25 *Indicia quæ oriuntur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*

26 Fuga

26 Fuga in prõptu idem operatur, qd fuga in actu.
27 Probandi onus incumbit accusatori, & accusa-
to quando quis fugit, sed quando quis non au-
fugit, incumbit solum accusatori.

De Fuga. Cap. IIII.

1 PRopter solam † fugã qs torqueri non
debet: qa non facit indicium, sed suspi
cionem ẽm Bar. in l. fin. ff. de qõ. Secus
si fuerit iuncta cum alijs, vt fama, inimicitijs,
& similibus circunstantijs. Alij aũt senserũt
p solam fugam posse torqueri reum, qa est
animi indicium, & accusat fugientem, & in
2 † criminalibus p extrinseca pbantur intrin
seca l. fin. ff. de diuor. Idem in l. Moysis c. 28.
prouerb. [Fugit impius nemine psequente
iustus.] Sed conclusiue dic, q̃ qñ ɔstat indi-
ci, q̃ reus abest ob causam, qua accusat, siue
3 inquirit, tunc fuga † parit indicium ad tortu
4 ram. Et notandum est, q̃ reus † præsumitur
discessisse ob causam, p quam accusat, siue in
quirit, nisi aliam iustã causam pbet l. de mi
5 nore, & ibi Bal. C. de adul. Limitant † tñ pre
dicta scribentes, q̃ qs non possit torqueri,
qñ aufugit post q̃relam, siue inquisitionem
formatam: qa qlibet rõnabiliter sciens se es
se accusatum, licet sit innocens, q̃rit fugam,
& tunc fuga non põt dici animi indicium, si
ue ɔscientiæ signum, ex quo prouenit ex di
uersa causa, & timore indicij. Et silr̃ limitant
si alia simili causa iusta fugerit, & sic succedit
6 rl'a gñalis, quoties † fuga põt aliqua pbabi
li causa celari, aut colorari nõ facit indiciũ,
vt puta, si ille, qui aufugit, est solitus transeur
rere per diuersas ciuitates. Occurrit hic exẽ
plum Bru. videlicet siquis commisso homici
7 dio † ausugerit, dixeritq́. aufugisse, ne ɔsan-
guinei occisi ipm offendant, non videbit su-
spectus, & excusat, vide eum in qõ. incip. cir
ca tertiã. Hoc tñ non placet, quia si tale con
cederet, nunq̃ fuga faceret indiciũ: nam qui-
libet p p̃dicta se excusaret. Itẽ non est æqua
excusatio: qa non debet qs timere ɔsangui-
neos, si delictum non commisit, imò ex tali
excusatione orit indicium, quia ppalat se, &
dat signa certa ɔsciẽtiæ. Quare dic, vt supra,
nisi pbaret ɔsanguineos defuncti ante fugã
minatos esse accusato, qa tunc recte põt di-
ci ob p̃cedentes minas fugisse. Itẽ ẽm Hipp.
8 suspicio q̃ sit formata † accusatio, siue inqui
sitio excusat fugientem, & si ex fuga aliquod
oritur indicium, illud tollitur per iurm̃, & sic
fuga nunq̃ faciet indicium, quia fugiens po
terit semper dicere, & iurare quod aufugit
pp suspicionem, vide eum in §. diligenter
num. 42. quem oẽs recentiores sequuntur
9 defendendo eum, q̃ ea, † quæ in animo con
sistunt, directe p alios pbari non pñt, nisi so
lo iur̃o, cui creditur ẽm gl. in §. sed istæ inst.
de actionibus vbi Ias. multa ait. Sed contra
teneo per infrascripta, primo quia suspicio
10 † non est iusta causa fugæ, imò per eam ar-
guitur, q̃ reus deliquerit iuxta regulam diui
nam: fugit impius, nemine psequente, suspi
cio. n. rei, q̃ pcedat ɔtra se, dat signa conscie
11 tiæ iuxta illud, ɔscientia † scelerum mille te-
stes. Et dum Hipp. dicit tale indicium tolli p
iurm̃, rñdeo, q̃ non probatur aliqua lege,
12 imò † qõnes criminales non deciduntur iur̃o
reorum, not. in l. admonendi. ff. de iureiur.
Idem tenuit Hipp. in §. postq̃ in princ. Et io
13 re merito in criminalibus non datur † iurm̃
aliquod causa purgãdi aliquas suspiciones,
14 siue indicia, qa tortura † dat in supplemen-
tum in causis criminalibus, qñ veritas hri
15 non põt ẽm Bar. in l. fi. ff. de qõ. & sic † loco
iur̃i succedit tortura, q̃ ẽt quia plures gradus
hẽt, põt dari ẽm qualitatem indicioꝝ. Et no
tandum est, q̃ doctrinæ, quas citat Hipp.
16 loquuntur de † quodam iur̃o, qd a scriben-
tibus purgationis dr̃, & est remedium extra
ordinarium, & afferi exemplum p p̃dictos
de aduena conquerente sibi sublata esse ali-
qua bona in hospitio, nulla tñ hñte indicia,
aut suspicionem ɔtra hospitem, tunc, & simi
li casu põt Iudex deferre iurm̃. Hoc idem in
l. Moysis c. 22. & 23. Exod. ibi, si latet fur dñi
domus applicabit ad Deos, & iurabit, q̃ nõ
extenderit manum in rem pximi sui ad per
17 petrandum fraudem. Sunt † qdam casus, in
qbus pbata fuga pbat delictum, q cogno-
18 scunt per rl'am gñalem, videlicet qñ † fuga
obijcit alicui, tanq̃ crimen, tunc pbata fuga,
pbatum est crimen, qa lex tunc ponit ipsam
fugam, tanq̃ specificũ crimen, non aũt tanq̃
signum criminis l. desertorem. ff. de re milit.
Idem in cœnobita fugiente ex cœnobio. In-
19 dem † qñ agit, an qs sit suspectus, vel non,
pbata fuga, pbat, & suspicio. Itẽ fuga pbari
20 † debet p duos testes, sicut quodlibet aliud
indicium, est gl. de hoc in l. fi. C. fami. ercisc.
Multos alios casus ponit Hipp. in §. dilígen
21 ter vt puta de famulo † fugiente a dño: nam
si reperiunt amissæ aliquæ res dñi, videbitur
hs

lis famulus subtraxisse. Sed multi hanc opi-
22 nionē respuunt, refellūt. Hoc amplius † sen tiunt, p tale indicium nō posse torqueri, cū exigant alia indicia cum fuga. not. in l. 1. in princ. ff. de qō. vide Brun. in tract. de ind. col. 3. Sed in hac difficultate sentio, q ex fuga fa multi oriat indicium ad torturā, qñ hæc pcur rūt, videlicet, dñm habuisse dicta bona, & ser uum verisilr potuisse auferre. Item q cñs sit bonæ fidei, & econtra seruus sit aliquantulū suspectus: Alr. n. non est pcedendum ad tor turam: qa ptingit sępe famulos fugere pp ti morem dñi, siue aliam sil'em causam, & dñi sępe mentiunt ptra seruos. Item dicit fugā
23 facere pbōnem, videlicet, si sunt duo exules eiusdem nominis, & nesciť vere vter ipsorum sit exul, tunc ille, qa aufugit, iudicabiť esse il le, q est exul. Prędicta opinio non placet: qa fuga pōt ptingere ex diuersis accidentibus, vide q not. in l. 1. ff. de in ius vocan. Qua de re ob solam fugam non damnarem: quia oī
24 † tpe de innocentia rei ēt pfessi, & pdemna ti qrendum est, si de innocentia pstat. Et indi
25 cia, q oriunť † ptra fugientem extendunť cō
26 tra parantem aufugere p reg. idem † operať fuga in actu, sicut fuga in pmptu fm Bal. in l. pign. grā. C. de pign. actio. Postremo notā dū, est qd' tradit Brun. in gl. circa tertiam in vers. adde notabilem effectum fugæ, & absen
27 tiæ, q licet † qñ qs fugit, incumbit onus pbandi accusatori, & accusato, tamen qñ quis non aufugit, incumbit solum accusatori.

1 Vestigia, seu forma pedis in niue luto, aut puluere relicta an faciant indicium ad torturam, vel ad condemnationem?

De forma pedum. Cap. V.

1 PEr vestigia † seu formam pedum relictam in niue, luto, seu puluere oriť in dicium ad pdemnandum, vide Alb. in l. indicia col. 2. C. de rei vend. vbi. dicit, q cū quidam criminaretur de vuis ablatis a vinea, adductus fuit reus ad locum vestigiorum, & quia Iudex repetit formam pedum conformem, condemnauit eum. Sed dico hoc non sufficere ad torquendum, & minus ad condemnandum: contingit enim inter homines quædam similitudo, & forma pedum, vnde facile Iudex potest errare, Quamobrē tale indicium, nisi fuerit vallatum non sufficit: accedentibus vero alijs poterit reus tor-
queri, vide Bal. in l. non hoc C. vnde legit. in l. diuina de sili indicio in psalmo Dauid nu. li. Ibi. in medio ipsi calcaneū obseruauerunt.

1 Cruor si in vestimentis, aut armis alicuius appareat, an oriatur indicium ad torturam?
2 Visus si aliquis sit exire cum gladio sanguinolento, vel visus fuerit fugere versus nemora, delicti indicium manifestum habere dicitur.

De cruore in vestimentis. Cap. VI.

1 SI cruor † in vestimentis, aut armis alicuius apparebit, oriť indicium ad torturam fm multos. Credo tñ hoc non sufficere quia talis sanguis potest accidere ex diuersis accñtibus, & fm Quint. lib. 4. c. 9. ibi, sanguis, vel ex hostia resperxisse vestem pōt, vel ē naribus pfluxisse: non vti, qui vestem cruentam habuit, homicidium fecerit. Sed, vt p se hoc indicium non sufficit, ita cęteris ad iunctum testimonij loco ducit, vtputa, si reus fuerit inimicus interfecti: si ante minatus: si eodem in loco fuit, vbi de delicto constet: ijs enim, & similibus cruori additis, oriet mani festum indicium, vide Quint. lib. 5. de signis c. 9 & Cic. lib. 1. de inuent. tit. 13. vbi de prædicto, & similibus fit mentio. Apud iurisconsultos id indicium est manifestum, vtputa vi
2 sus † exire cum gladio cruento à loco delicti, vel visus fugere versus nemora: de ijs dicetur in tit. ne reus per aliqua indicia puincať.

1 Pallor an indicium faciat ad torturam.
2 Cordis dispositio magis apparet in facie, quā magis vrgent omnes sensus, quam alias partes.
rata Iudici certis ſignis, q̃ ad veritatem addu
cūt, & non ſola ↄfeſſione, vt dictū eſt ſupra.
De ſupradictis ſignis, vide.l.Moſis c.7.Ioſu.
in fine. Apud Rhetores, auctore Cornificio
legit̃, maiores voluiſſe certis in rebus inter-
poni qōnes, cum q̃ vere dicerent̃ ſciri, q̃ fal-
ſo in qōne pronunciarentur, refelli poſſent,
hoc modo. Quo in loco quid poſitum ſit, &
ſiqd eſſet ſimile, quod videri aut aliquo ſimi
li ſigno percipi poſſet, vide eūdem.2. ad He
rennium titulo in cauſa coniecturali. Exem
5 plo pernitioſum † eſt non verificata confeſ-
ſione reos damnare, & exempla non deſunt.
vide Val.Max.lib.8.de quæſt.in prin.

1 *Perſeuerare in confeſſione quando, & quomo do reus dicatur?*

2 *Confeſſione facta an ſtatim reus ducendus ſit ad eam ratificandam? vel quantum tempus ſit interponendum?*

3 *Confeſſus debet per tres dies conquieſcere anteaquam ducatur ad ratificandum ipſam confeſſionem, aliter ſi fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*

4 *Confeſſio facta in tormentis, et legitime ratificata non præcedentibus legitimis indicijs. an valeat, & ex ea an iudex poſſit reum damnare?*

5 *Inquiſitio non præcedentibus legitimis indicijs eſt ipſo iure nulla, & quæcunque ab ea ſequuntur corruunt.*

6 *Confeſſio facta in tormentis licet non ſatis ſit ad damnandum niſi ratificetur, an fallat quando præceſſit confeſſio extraiudicialis?*

7 *Confeſſus ſi non perſeueret, an repetatur in tormentis vt perſeueret?*

8 *Confeſſus ſæpius in tormentis, & ad perſeuerandum ductus ſemper negans, an & quot vicibus poſſit torqueri, vt perſeueret.*

9 *Confeſſus aliquando poteſt damnari abſque ratificatione, quando ſigna ſunt talia, vt non ſit probatio in contrarium.*

10 *Indicijs indubitatis non poteſt quis damnari, ſed tantum torqueri.*

11 *Confeſſus ſi in confeſſione perſeuerare nolit, ſed velit probare contrarium, an non ſit amplius torquendus, ſed audiendus?*

12 *De innocentia rei omni tempore quæri poteſt.*

13 *Confeſſio in ciuili an præiudicet in criminali, ſi per principalem facta fuerit.*

14 *Confeſſio facta in vno iudicio nocet inter eaſdē perſonas in alio, niſi cōtra confeſſionem in primo iudicio iudicatum fuerit.*

15 *Tortus Bononiæ pro delicto ibi cōmiſſo, ob quod non eſt corporaliter puniendus, ſi in tormentis confeſſus fuerit ſe plura maleficia extra Bononienſe territorium perpetraſſe, an à poteſtate Bononiæ poſſit vltimo ſupplicio condemnari?*

16 *Confeſſio de pluribus delictis licet ſæpe ratificata non nocet, niſi conſtet de illis.*

17 *Confeſſio licet legitime habita fuerit per tormēta, & fuerit ratificata, non erit tamen ſufficiēs ad condemnandum, niſi fuerit declarata à reo per ſigna, per quæ verificetur iudex reum vera eſſe confeſſum.*

18 *Confeſſio etiam ratificata non habet vim veritatis ſine alijs ſignis.*

19 *Iudex maleficiorum temere, & rei veritate indiſcuſſa iudicare, aut reum condemnare non debet.*

20 *Aduocati, & defenſores dandi ſunt reis carceratis, ſe defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefenſus pereat.*

21 *Renunciare defenſioni ſuæ an reus poſſit? & an iudex id admittere debeat?*

22 *Iudex quærere debet defenſiones rei, etiam poſt latam ſententiam, ſi ratio innocentiæ cōſtiterit.*

De

De confessione ratificanda, & quando reus ratificare recusat, & de errore Iudicum. Cap. XXI.

Confessiones reorum non hñr pro exploratis facinoribus, nisi rei perse
1 uerauerint. Perseuerare † aũt dr̃, qñ reus ducitur ad banchum Iuris, prout duci omnino debet, vbi palam moneatur de vita sua agi, ideo bene consideret, si vult perseuerare in confessione sua, & eam ratificari, legente ei notario vulgari sermone dictam suam confessionem. Qui si rñderit cõtenta vera esse, tali casu dicet̃ perseuerare. Et notã
2 dũ † est, reum non statim habita confessione duci dr̃e ad ratificandũ eã, quia non dr̃ perseuerare, qñ aliquo tp̃is spacio non quieuerit. Vnde Iudex supersedere debet per aliqđ spacium, quod esse debet s̃m aliquos p diẽ,
3 & noctem. Sed s̃m † alios per dies tres, & ita obseruandum est, nam per solam diem, & noctem reus aĩo confusus, doloris impaciẽs facile nõ resipiscit, & adhuc dr̃ esse in cruciatu, nisi aliquo bono spacio ꝯquiescat, saltem per dies tres, aliter .n. si fuerit ratificata paruo momẽto, dicet̃ ratificata metu tormẽ
4 toꝝ. Animaduertendum † est Bal. tenuisse cõfessionem p̃cedentibus indicijs factam maxime valere, qñ ea ratificatur. Si vero fuerit facta non p̃cedentibus indicijs legitimis, si fuerit ratificata, valebit, aliter non, vide eum l. 1. C. de confess. Sed caue, & contrarium tene, ꝙ per ꝯfessionem factam in tormentis licet legitime ratificatã non p̃cedentibus legitimis indicijs Iudex nõ poterit dãnare, & rõ est, quia accusatio, siue inquisitio caruit suis præcedentibus substantialibus à iure requisitis, videlicet, vt p̃cedant legitima indicia, anteq̃ deueniatur ad tormenta, aliter inq̃si-
5 tio† nõ p̃cedẽtibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & q̃cunq; ab ea sequunt̃, corruũt pp ommissionem, & defectum modi, & for
6 mæ substantialis. Notandũ est, † ꝙ licet ꝯfessio facta in tormẽtis nõ satis sit ad damnandũ, nisi ratificet̃ ad banchũ, vt supra, fallit tñ, qñ præcessit confessio extraiudicialis, vide Iason l. Magistratibus .ff. de iurisditio. omnium iudicum. Sed hæc opinio non placet, nã ex ꝯfessione extraiudiciali orit̃ indicium ad torturam, sicut ex alijs indicijs l. ictus .ff. de ijs, qui not. infam. Attñ confessio facta in tormẽtis ex alijs indicijs ratificat̃, cur diuersum in hac extraiudiciali cõfessione? Quid
7 si reus †ꝯfessus non ꝑseuerauerit? dic, ꝙ repetet̃ in tormentis, modo p̃cedant legitima indicia, & hoc casu repetet̃ non ad ꝯtendum,
8 sed ad ꝑseuerandũ. Quid si sæpenumero † in tormentis ꝯfessus est, & toties ad banchũ iuris negauit, an possit torqueri vt ꝑseueret? Dic torqueri ter posse s̃m Hipp. l. repeti .ff. de qst. Sed alij post eũ dixerũt, si indicia sint leuia, nõ posse, nisi semel torqueri. Sed ego sentio, si ꝯfessio fuerit verificata signis, vt supra de verificanda ꝯfess. posse torqueri arbitrio iudicis. Et rõ est, ꝙ hoc casu Iudex fa-
9 ctus est certus. Et alias † tenui reũ posse dãnari absq; ratificatione, dũmodo signa sint talia, & nõ sit ꝓbatio in ꝯtrarium. Et rõ reddi potest, ꝙ Iudex certior factus nõ debet amplius certiorari. Deinde quia vbi sunt ꝓbõnes, & s̃m aliquos indicia indubitata ꝯtra reũ procedit̃ ad ꝯdemnationẽ absq; ꝯfessio-
10 ne, & ratificatione. Sed p indicia, † licet indubitata sentio nõ posse dãnari, sed torqueri. Nõ obstat, ꝙ dici posset, ꝙ modus, & forma torturæ exigũt, ꝙ ꝯfessio in tortura, siue metu torturæ ratificet̃. Rñdet̃, ꝙ hoc casu reus damnat̃ pp signa mediante ꝯfessione, non
11 pp confessionem. Quid si reus † non perseuerauerit in ꝯfessione, & vult ꝓbare in contrariũ? Dic ꝙ non torquebit̃, sed audiet̃, licet sit confessus. Et non solum post ꝯfessionem sed et̃ post ratificationem, & s̃niam latam.
12 Nam † omni tp̃e ratione humanitatis quęri oportet de innocentia rei. Nonnunquam eñ aut metu, aut aliqua alia de causa in se ꝯfitet̃, & sæpe falsa demõstratione dãnat̃ l. 1. §. fi. ff. co. Quamobrẽ Iudex bene aget, si in omni casu ꝯfessionis dabit terminũ reo ad se defendẽdũ, & dabit aduocatos, & defensores ne innocentẽ ꝯdẽnet, vt sæpe dictum est. Occurrunt hic aliquæ q̃ões in mã confes-
13 sionis. Primo, † cõfessio in ciuili p̃iudicat in criminali, si facta fuerit p principalem, secus p procuratorẽ, vide Paul. de Lizar. in c. fi. de
14 ꝯfessis. Secundo, ꝯfessio † facta in vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi ꝯtra ꝯfessionem in primo iudicio iudicatum fuerit, notat̃ in l. 1. C. qñ ciui. actio. præiud.
15 crim. Tertio, si tortus † Bononiæ ꝓ delicto ibi cõmisso, ob qđ nõ debet pati corporaliter in tormentis ꝯfessus et̃ perpetrasse furta & alia maleficia extra comitatũ Bononiæ, quærit̃ nunquid potestas Bononiæ possit cũ

vltimo

vltimo supplicio condemnare p p. talia male
ficia alibi commissa, & digna morte? Conclu
siue dr̃ non posse, vide Gand. de quæst. num.
16 22. Quarto, ꝯfessio † de pluribus delictis li-
cet sæpe ratificata non nocet, nisi ꝯstet de il-
17 lis, dcm̃ est supra in c. 2. Hoc † amplius no
tandum est, ꝙ licet ꝯstet de delictis, & licet
ꝯfessio sit legitime habita ꝑ torturam, esto,
ēt ꝙ sit ratificata, non erit tñ sufficiēs ad cō-
demnandum, nisi fuerit declarata à reo ꝑ si-
gna, ꝑ q̃ verificet Iudex reũ vera esse confes-
sum, vide Bru, in gl. Sexto, principalr̃, nu. 13.
vide supra in c. 20. Et rō reddi pōt, ꝙ ꝯfessio
18 † q̃uis ratificata non hēt vim veritatis sine
signis, dicente I.C. Siquis vltro de maleficio
fateaẽ non semꝑ ei fides hñda est. Nōnunq̃
enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se
19 ꝯfiteẽ l. 1. ff. eod. Itaq; Iudices ne † p̃cipites,
aut temere, indigenterq́. ꝓbata, aut quouis
modo indiscussa indicēt, dicēte Veritatis vo
ce, nolite iudicare, & nō iudicabimini. i quo
eñi iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Maxi
20 mũ q dē, † memorabile, mētiq́. tenēdũ haud
p̃termittēdũ esse duxi. Qm̃ miserabilib. maxi
meq́. circunuentis succurrendum esse cēseo.
Quare Illust. Iulius Gabriel patritius Vene
tus, Comes S. Pauli, & Auiani cũ quēdam ꝓ
homicidio reũ ꝯuentũ in carcerib. detrusum
teneret, q maxima angebaẽ inopia, adeo vt
se defendere nō posset, Prædictus Illust. dñs
Comes suis ꝓprijs (qđ est notādũ) sumptib.
eximios V.I.D. dñm Alexādrũ Feder. nobi-
lē Taruisinũ, & Io. Baptistā Romā Serrauallē
sem, ab ipso reo noiatos, in aduocatos, ac
hmõi causæ defensores assumpsit. Istud q dē
maximũ misericordiæ opus, & liberalitatis
exemplũ Illust. dñs ipse Comes ab Illustrissi
mis, & pietissimis dñis Venetis, orbis terra
rũ virtutis specimen habuit. Quoꝝ iustitia
plena est terra. Et q vna cũ Dauide incessabi
li voce misericordias dñi i æternũ cātare, ac
eā miserabilibus, & inopia ductis impertiri
21 nō desinunt. Postremo aliq † vtunẽ hac cau
tela, vꝫ ꝙ rei renũcient defensionib⁹, siue di-
cāt se a'tas nō hr̃e defensiōes: & sic ratificare
faciũt ꝯfessionẽ, & nō amplius audiunt reũ.
Sed dic, ꝙ rei nō pñt renũciare, nec Iudex ad
mittet aliqđ genus renunciæ, nisi certo sciat
22 reũ carere defensiōib. & oĩ tꝑe audiat, † ipse
iudex q̃ret defensiones c. 22. Exo. Bal. i l. ser.
quoq;. ff. de ꝑc. & l. 1. i fi. ff. de q. vbi ēt post la
tā sniam q̃rit iudex si rō innocētiæ ꝯstiterit.

SINGVLARIA QVAESTIONUM criminalium sub proprios titulos digesta, & redacta per Franciscum Casonum Iurisconsultum.

SVMMARIVM.

1. *Accusare quilibet potest, qui non prohibetur, & qui sint prohibiti?*
2. *Frater non admittitur contra fratrem, nisi suã, suorum ve iniuriam prosequatur.*
3. *Maritus non potest accusare vxorem de adulterio, si ipse de adulterio, vel lenocinio conuincatur, hodie tamen hoc corrigitur.*
4. *Maritus, & pater vxoris post quadraginta dies accusare prohibentur, multasq; ob alias causas ab vxoris accusatione repelluntur.*
5. *Accusare volentes, debent id sine mora facere.*
6. *Calumniæ suspicio ab accusando repellit.*
7. *Personæ quæ ab accusando arceantur?*
8. *Iudex potest procedere ex officio super accusatione proposita accusatore desistente.*
9. *Accusare in crimine priuato quis non potest, nisi sua intersit, vel pœna fisco sit applicanda.*
10. *Accusatus an possit accusatorem suũ accusare.*
11. *Pauper prohibetur accusare, nisi sit fidedignus.*
12. *Minor 25. annis accusare prohibetur.*

Qui accusare possunt, vel non. Cap. I.

1 REgulariter † quilibet pōt accusare, q
non ꝓhibetur, itaq; prohibentur ac
cusare, alij ꝑ ꝑ sexum, vt mulier ꝑ ꝑ
fragilitatem sexus, Vel ætatem, vt pupillus,
nisi suam, vel suoꝝ ꝓsequanẽ iniuriam, & ni
si in crim. læsæ Maiest. annonę, & suspecti tu
toris, & ꝓ nestō patris, Alij ꝑ ꝑ sacrm. Alij
ꝑ ꝑ magratum. Alij ꝑ ꝑ delictum proprium,
vt infames, vel qui nummos acceperunt ob
accusandum, vel non accusandum. Frater
2 † non admittitur contra fratrem, nisi suam,
vel suoꝝ iniuriam prosequatur l. qui accusa
re. ff. de accus. & ibi gl. & gl. in rub. C. eodem
3 vbi multi enumerantur casus. Maritus † nō
pōt accusare vxorem suam de adulterio, si ip
se maritus de adulterio, siue lenocinio ante
conuincaẽ, ꝑ vulgatam rł'am dolus cum do-
lo compēsantur l. si vxor. §. Iudex. ff. de adul.
vide Gand. in ti. qui accusare pñt. Et cum ꝑ-
dictis auctoritatibus aduocati consueuerũt
defendere mulieris, vel pœnam diminuere.
Sed aduerte, ꝙ supra dicta lex (licet, Gand.

nihil

nihil dicat) hodie est correcta p auc. vt nulli
4 iud. §. adult. col. 8. Maritus † prohibet accusare vxorem suam de adulterio post dies 40. & pater vxoris et repellitur l. iure mariti. C. ad l. Iuliam de adult. Itē repellitur maritus accusare vxorem suam de adulterio, si primo repudiauit eam, & mox approbauit mores eius l. si vxor. ff. de adult. qđ nota ꝑ
5 muliere. Qui accusare † volunt, debent sine mora accusare: alr̄ .n. pp tarditatem Iudex ꝑsumet ꝑ reo, ꝑ quo et reo orietur indicium
6 ꝯm Iaſ. §. fuerat inst. de actio. Præterea † pp suspicionem calumniæ qs repellit ab accu-
7 sando. Item qui † pacem fecerunt de vulneribus sibi illatis. Item qui semel distiterunt ab accusationē silr̄ repellunt, prout not. in rub.
8 C. eodē. In prædictis † tñ casibus Iudex procedet ex offō. quia Iudex, producta accusatione, pōt ex offō suo prosequi, & facere ea, q̃ accusator facere posset, ꝑut dicet in c. seq.
9 In crimine † priuato rīr quis non admittit ad accusandum, nisi cuius interest, & nisi delictum sit tale, ex quo veniret pœna applicā da fisco not. in rub. ff. de pop. act. Accusatus
10 an † possit accusare accusatorem suum q̃rit ꝑ scribentes, & adhuc sub Iudice lis est. not. ꝑ Bart. Bal. Ang. Imo. in l. is, qui reus. ff. de pub. Iud. Sed in hoc casu animaduertendum est, & distinguendum: qñ accusatus accusat accusatorem suum de maiori, & tunc, aut de tali crimine, qđ si esset verum crimen cōtra se obiectum non esset verum, & tunc audiet, & plus tunc supersedebit sup primo, donec ꝯm fuerit discussum, & ex euentu causæ ꝓcedet sup primo, vel non, Aut non opponit tale crimen, sed aliud, & primum, & ſcđm delictum pñt esse, & tunc sup vtraq; accusatione ꝓcedet, & discutietur. Limita si talis accusantur accusans accusatorem suum vt supra, nō expectauerit nomen suum recipi inter reos, siue iudicem commisisse contra se citationē: qa tunc pp tarditatem accusandi præsumit facere aio differendi primam accusationem. not. in l. q. accusare. ff. de accus. Gand. in tit. qui pñt accusare, & q. nō, in vers. sed ego for
11 mabo talem qōnem. Pauper † ꝓhibet accusare nisi sit fidelis. l. nonnulli. de acc. Minor
12 viginti annis † silr̄ prohibetur, sicut testificari. Sed ꝯm Bart. potest l. accusare. ff. de accus.

1 *Accusari quæ personæ possint, & quæ non?*
2 *Mortui quando possint accusari, & quando nō?*
3 *Appellatione pendente si reus moriatur, an accusatio extinguatur?*
4 *Operarij conducti ad laborandum in alieno loco accusari non possunt, nisi per dominum eis fuerit protestatum, vel nisi sint ex loco, de quo agitur, vicini.*
5 *Clerici per laicos accusari non possunt, quamuis sint prima tonsura: hodie tamen secus est.*
6 *Sacerdotes committentes delicta facinorosa, seu atrocia possunt accusari, puniri per iudicem laicum.*
7 *Accusatus ab aliquo de vno crimine non potest de eodem ab alio accusari, primus accusator decesserit, vel procedere impediatur.*
8 *Intellectus l. libellorum. ff. de accusatio.*
9 *Accusari non potest quis post lapsum viginti annorum, fallit in casibus hic positis.*
10 *Accusandi post mortem ius durat per quinquennium.*

Qui accusari possunt, & infra quod tempus. Cap. II.

1 Accusari † pñt tā mares, q̃ fœminæ, & demum oēs, nisi sint à iure exce-
2 pti l. 2. C. de reis exhib. Accusari † nō pñt mortui: qa mortuo reo omnis criminatio extinguitur: fallit tñ in crim. lęsę Maiest. Repetundarum, Peculatus, & Hæreseos, quibus casibus pp enormitatem delicti accusatio de iam mortuo recipitur l. Iudiciorū. ff. de accus. Item fallit, si accusatus sibi mortem cōsciuerit, Vel et, si post litem contestatam, Vel postq̃ fuerit in scelere deprehensus mortuus fuerit no. in supradicta l. Iudiciorū. Quid aūt
3 † accusato ꝯuicto, & ꝯdemnato, si ab illa condemnatione appellatum fuerit, & pendente appellatione moriat? rñdent scribentes, criminationē extingui quoad crimē, sed quoad bona appellationem ꝑficiendam esse, si in illa sñia bona erant adempta, Gand. in §. Sed
4 pone tit. eod. Accusari † non possunt operarij conducti ad laborandum in alieno loco, sed conducentes accusari debent: fallit tamen, si talibus operarijs fuerit protestatum per dñm loci, vel si operarij fuerint vicini loci, de quo agitur, tali enim casu præsumuntur scire locum esse alienum not. per Imo. & alios scribētes l. de Pupillo. ff. de operis no.
5 nunciār. Clerici † per laycum non possunt accusari; quis sint primæ tonsuræ ꝯm Dom. de sanct. Gem. in c. cum in nouella de accusat. vbi dicit perpetuo notandum contra Iu

dices

dices laycos: sed priuilegium tale clericorũ primæ tonsuræ in desuetudinem abijt, & p iudices laycos hoc tpe puniunẽ, & talis obseruantia defendi põt p suasmet leges, vt in c.clerici si in tonsura extra de vita,&honest. cler. Hoc † amplius sacerdotes committentes delicta facinora vtputa, raptum virginũ, & alia similia delicta atrocia pñt accusari,& puniri p iudicem laycum l.2.& ibi gl.& Cy. C.de ijs,q ad ecclesia confug. & rõ est,q̃a ecclesia odit,& repellit tales delinquẽtes c.21. Exo.ibi. Siq̃s insidiatus fuerit ab altari meo
7 repellatẽ. Accusatus † ab aliquo de vno crimine non põt de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel impediatur pcedere, nam tunc admittiẽ accusator de eodem l.libellorum.ff.de accus. Sed multi, intelligunt accusatorem admitti ad psequendum accusationem, non aũt ad instituendam de nouo,& hoc q̃a accusatus non debet de eodem crimine pluries vexari l. licet. §. fin. ff. Naut.Caup.Stabu. Item qui Iudex succedit loco accusatoris, põt.n. psequi, & ea facere q̃ accusator facere potuisse Bart.in l.1. ff. de
8 pub.Iud. Sed quoties † pp ineptitudinẽ, aut aliam malam formam pcessus formati ɔdõ secundi accusatoris foret facta deterior, tali casu licet transcendere ad aliam accusationẽ & ita intellĩ supradicta l.libellorum. Accusari
9 † q̃s non põt post lapsum annorum 20.l.quære. C.de fal. Fallit tñ in partu supposito. Itẽ q̃n falsis medicamentis partum impediuit. Item in crim.læsæ Maiest.item hæreseos,& peculatus l.si cum eo.ff.de pœn.& l.Iudicij. ff.de acc. Itẽ in stupro admisso p vim in masculo, siue fœmina l.mariti.§.p quinquẽniũ. ff.ad l.Corn.de sica. Dcm̃ est hoc tit.pdictis casib.posse accusari delinquẽtes ẽt post mor
10 tẽ. Sed † tale ius accusandi post mortẽ durat p q̃nquenniũ l.q Manich.C.de hęr. Et ibi gl.

1 Accusatio quid sit?
2 Accusatione non præcedente quis regulariter nõ punitur, nec contra eum proceditur, nisi in certis casibus, in quibus, proceditur officio iudicis.
3 Inquisitio est de iure diuino.
4 Accusatio non admittitur, nisi constet de delicto, nisi in certis casibus.
5 Contumax ex dispositione statuti nõ habebitur p confesso, quoties iudici nõ constiterit de delicto.
6 Libellus est per accusatorem edendus, hodie talem per Italiam accusatio fit simpliciter.
7 Accusatio quid continere debeat?
8 Dies an exprimendus sit in accusatione?
9 Accusator petere non debet reum puniri certa pœna sed sufficit, quòd petat eum puniri secundum formam iuris, & statutorum.
10 Ciuiliter, & criminaliter an eodem libello agi possit.
11 Accusari an plures possint in vno libello de eodem delicto?
12 Accusari an vnus possit in vno libello de pluribus delictis?
13 Accusari quis ex eodem delicto simul, & semel diuersis legibus nequit.
14 Accusari quis quando possit de pluribus delictis solo libello?
15 Accusari quis quando possit à pluribus eodem libello?
16 Libello eodem potest agi cõtra producentem falsos testes, & contra falsarios testes.
17 Accusator debet subscribere accusationẽ ad pœnam talionis, & an hodie hac subscriptio habeat locum?
18 Calumniosus accusator arbitrio iudicis punitur & in eadem sententia, qua absoluitur reus.
19 Accusationem per calumniam fuisse institutam quomodo cognoscatur?
20 Accusatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti concurrente infamia sit suspensio beneficij, & officij, donec causa finiatur.

De accusatione, siue libello. Cap. III.

TRactaturis de accusatione nota debet esse vis, diffinitio illius, sequendo ordinem Iurisconsulti in l.ff. de contrahen.emp.& in l.1.ff.de furtis. Accusatio
1 † est aliquem reum criminis deferre.l.libello
2 rum, ibi reum deferre.ff.eod. Et rĩe † sine accusatione non proceditur ad criminis cognitionem, nisi in quibusdam casibus in q̃bus procediẽ offõ Iudicis.l.2. ff.de adult. Hodie vero in q̃buscunq; delictis (dummodo grauibus) procediẽ p inquisitionem, ne pp defectum accusatoris delicta remaneant impu
3 nita. Hoc amplius † dico, q̃ inquisitio est de iure Diuino, put diceẽ in ti.de inquisitione.
4 Accusatio † nõ admittiẽ, nisi ɔstet de delicto: nisi in casibus, de q̃bus dcm̃ est in tractatu
5 meo de tormẽtis.c.2. Et nota, † q̃ vbi statuta illustrissimorum Venetorum disponunt ɔtumacẽ hñi p ɔfesso, seu non audiri, non habebunt locũ, quoties Iudici non ɔstiterit de delicto:

quia

quia offm suũ est ante omnia q̃rere de delicto, postea de reo. l. 2. C. de iura. calum. & ibi Bart. l. raptor. C. de epis. & cler. vbi fortius probat reum ꝯuinci dr̃e de delicto. Libellus
6 † est edendus ꝑ accusatorẽ, licet diuersimode concipiat. l. fi. C. q. accus. non pñt. Sed hodie per totam Italiam accusatio fit simplr̃, & ita obseruatur, Gan. in tit. qualiter fiat accusa-
7 tio. Sed talis † accusatio ꝯtinere debet nomẽ accusatoris, & accusati, crimen cõmissum, cũ qua ꝑsona, quo loco, quo anno, & quo mense, & quo die. Fallit tñ in crimine falsi. Verũ ſm Spec. in §. 2. de accus. nõ est necesse appo
8 ni diem, neq; horam: Alij † aũt post eum dixerũt, ꝙ si accusator scit, aut verisilr̃ scire potest diẽ, tunc teneẽ exprimere, & si dies, aut aliud tps necessarium obmissum fuerit in libello, poterit postea ꝓbari, & ꝯualidabitur libellus. Sed si de alio loco, & tpe vltra positũ in libello, fuerit ꝓbatum, an reus absolui debeat ab obseruatione iudicij? diceẽ in c. 5.
9 Caueat † accusator, ne petat reũ puniri certa pęna, q̃a sufficit accusatori petere reũ puniri ſm formam iuris, & statutorum. l. 1. ff. ad Turp. & ibi Bar. Si aũt accusator expresserit pœnã in libello, q̃ non ꝯuenit, reijcieẽ libellus ꝑꝑ talẽ ineptitudinem, sicuti ꝑꝑ aliam ommissionẽ modi & formæ substãtialis. Sed alij ꝯtradicunt, q̃a suppleẽ per iudicem tali defectui, not. in c. examinata de Iud. & ratio reddi põt, ꝙ vbi aliq̃s actus non est necessarius, licet fiat, & inepte, ꝑꝑ hoc non vitiatur processus, & in hoc differt à causis ciuilibus. [In multis casibus in q̃bus expressio causæ necessaria non est, vt in libello, sñia, & similibus, si exprimaẽ causa, & inepta vitiat, eo q̃a ꝑsumptio q̃ erat pro ꝑdictis causa non expressa tollit per exꝑssionem, & sic plus nocet inepta locutio q̃ taciturnitas, vide q̃ notant ꝑ Doct. in l. q̃ dubitationis tollẽdæ. ff.
10 reg. iur.] Sed † nunquid agi ciuiliter, & criminaliter in eodem libello, siue accusatione ꝯtra aliquẽ possit? r̃ndent scribentes ꝙ non, nisi agaẽ de re familiari, vt furti, vel de talib. exhibendis, vel interdico, vñ vi, vel crimine falsi, &c. Sed vna intẽtata; & finita, altera poterit intentari, vt no. insti. ad l. Aq. l. §. lib. At
11 nunq̃d † plures possint accusari in vna accusatione, siue libello? r̃ndet scribentes, posse de eodẽ delicto, vt. C. si re, vel acc. mortuus fuerit. Sed de diuersis delictis nõ, nisi suam, vel suoꝝ iniuriã prosequanẽ, & non alr̃. l. cũ rõnibus, vbi not. ꝑ scribentes. C. eodẽ, fallit in adulterio, vbi plures rei accusari nõ pñt, licet de incestu accusari possint. l. res. C. eo-
12 dẽ. Sed nunq̃d † vnũ solũ possim accusare in vno libello de diuersis delictis? r̃ndetur, posse, sed delicta sunt clare specificãda, & sigillatim, vt accusatus certificetur, vt in c. vt circa.
13 extra de elec. Sed pro eodẽ † delicto nõ põt aliquis accusari diuersis legibus simul, & semel, rõ reddi põt, ꝙ non debet bis puniri, siue affici duplici pœna ꝓ eodẽ delicto. c. at si clerici extra de iud. & l. senatus. ff. de acc. Cir
14 ca ꝑdicta † est aduertẽdũ, aliquẽ posse accusari de pluribus delictis solo libello, si dicta delicta simul veniũt puniẽda vna, & eadẽ lege, alr̃ est si delicta veniũt puniẽda diuersis legibus, tũc. n. diuersis, & pluribus libellis accusari oportet. l. nõ est nouũ. ff. de act. emp. Ac
15 cusari † q̃s põt à pluribus eodẽ libello, si interest illoꝝ, si aũt nõ interest magis idoneus ipsorum ꝑ Iudicẽ eligi debet. l. licet. §. fi. ff. nau. caup. stabul. veꝝ hoc hẽt locum à principio, aliter ꝓsequẽdũ est. l. si plures. ff. de acc.
16 Libello eodẽ, † siue inq̃sitione eadẽ põt agi ꝯtra ꝓducentẽ falsos testes, & ꝯtra falsarios
17 testes. l. hos accusare. ff. de acc. Postremo † accusator debet subscribere libellũ, siue accusationẽ ad pœnã talionis l. libelloꝝ. ff. eo. Sed hodie hæc subscriptio est sublata rõnibus di
18 ctis ꝑ Bar. in d. l. Sed quoties † expresse apparet de calumnia accusatoris põt puniri arbitrio Iudicis, & in eadẽ sñia, qua absoluitur reus: Veꝝ tutius erit, ꝙ reus admoneaẽ, vt se defendat occasione calũniæ ſm Bart. in l. athletas. ff. de fal. Et difficultas est cognosce
19 re, q̃n † q̃s ꝑ calumniã accusauit diceẽ in c.
20 5. Nota; & limita † r̃lam ꝙ lite, & accusatione pendẽte, accusatus nõ admittiẽ ad honores, & ꝑ atrocitatẽ delicti ꝯcurrẽte infamia fit suspensio beneficij, & officij donec causa finiatur. Innoc. in c. 1. de accus. lib. 6.

1 *Testes examinantur citato reo, & existente contradictore, alias repetuntur, & an hodie id obseruetur?*

2 *Iudex debet examinare; & interrogare testes, perinde ac si reus contradictor adesset.*

3 *Testes semel examinati non debent iterum super eodem examinari: & quid si iterum examinati contrarium primo deposuerint vtrum dictum valeat?*

4 *Testis vnum dicens extra iudicium; contrarium vero*

vero in iudicio,an de falſo puniatur?

5 *Teſtes in criminalibus nunquid debeant eſſe omni exceptione maiores.*

Quando,& quomodo accuſator probare debet. Cap. IIII.

1 PRoducta accuſatione, deuenit̃ ad examinationem,& teſtes † examinant̃ citato ipſo reo, & exiſtente contradicto re,vt poſſit dare ſua interrogatoria: & ſi fuerint examinari teſtes non citato reo, iterum examinabunt:& Iudices,q̃ examinant teſtes reo non citato,errant,ſm opinionem Sal.in l.fi.C.de quæſt.Ang.in verb.fama publ. ver. quæro.Hipp.in l.1.ff.de quæſt. Aduerte,qđ ſtylus Italiæ eſt in ꝯtrarium,& teſtes examinant̃ abſq; citatione partis,& teſtes non examinant̃ iterum,ꝓut examinari non debent. Et hæc ꝯſuetudo examinandi abſq; citatione rei vtilis eſt in puniendis delinquẽtibus, qm̃ citati,aut fugiunt,aut teſtes corrumpũt. Et licet oẽs ſcribentes dicant teſtes examinari dr̃e reo citato,vt ſupra: attñ hæc cõſuetudo defenditur,nec eſt de iure nouum: qđ qñ proceditur in criminalibus ex argumentis,& indicijs, eo caſu teſtes examinari abſque citatione partis poſſunt,text.eſt in c. 1. de homic.lib.6. & ibi ſcribentes. Sed in hac

2 † inã aduertant Iudices, ꝗ debent examinare,& interrogare teſtes,perinde ac ſi reus cõtradictor foret:cum Iudex teneant̃ ex ſeipſo facere debita interrogatoria, ſicuti dcm̃ eſt in tract.meo de tormentis in c.de non torquendo reo ꝑ indicia, niſi plene ꝓbata, &

3 q̃uo probent.Et teſtes † ſemel examinati nõ debent iterũ examinari ſuꝑ eodem, qa ſi teſtis ſemel examinatus cum iur̃o depoſuerit, ſi iterum examinet̃,& ꝯtrarium, ſeu quid diuerſum deponat, neutrum dcm̃ valebit Bar.

4 in l.eos.C.de fal. Imò plus tenuit † Bart.ꝗ ſi teſtis dixerit vnum extra iudicium. ꝯtrariu vero in iudicio,punit̃ de falſo. Sed hæc opinio eſt reprobata ꝑ oẽs ſcribentes: qa licet teſtis alr̃ in iudicio, ac extra iudicium dicat

5 non vr̃ mentiri.Nunquid † aũt teſtes debeãt eſſe omni exceptione maiores dictum eſt in tract.meo de indicijs per viſum vnius teſtis.

1 *Accuſatore non probante reus abſoluitur, & quid ſi probatum ſit de diuerſo,quàm poſitum ſit in libello,an reus abſoluatur,vel puniatur de eo quod probatum eſt?*

2 *Accuſator deficiens in probatione,an eo ipſo calumniari videatur?*

3 *Calumnioſus accuſator, ante litem conteſtatam ab accuſatione deſiſtens, an poſſit puniri? & quid de accuſante per modum exceptionis?*

4 *Occidens eum,quem ꝑ ſe illatorum vulnerũ, bannitum fuiſſe aſſerit,vtrũ ſi in proceſſu non appareat an antea,vel poſt vulnera fuerit bannitus,pro vulneribus ſit condemnandus?*

5 *Probatio ſemiplena releuat accuſatorem à calũnia, niſi reus contrarium plene probet.*

De accuſatore non probante,ſeu per calumniam accuſante. Cap. V.

1 ACcuſatore †non ꝓbante,reus venit abſoluendus. Quid ſi de alio loco, & tꝑe vltra poſitum in libello fuerit ꝓbatum,an reus abſolui debeat ab obſeruatione iudicij,an vero debeat condemnari de eo,qđ ꝓbatum eſt?& ſm Bar.abſolui debet reus ab obſeruatione iudicij,& de nouo poterit accuſari.vide eum in l.penult. C.de priuil. Alij dixerunt poſſe ꝯdemnari de eo, qđ ꝓbatum eſt,ne delicta remaneãt impunita. l.ſi à reo.ff.de fideiuſ.In hoc diſtinguendum eſſe exiſtimo,videlicet,ſi accuſator accuſauerit de facto ꝓprio,ſeu de facto , qđ nõ ignoret,ꝑꝑ qđ reus paſſus ex graues expenſas, ſeu carcerem, tunc dico reum abſolui dr̃e ab obſeruatione iudicij,& poſſe de nouo accuſari ſm doctr. Bart. qa dicto caſu accuſator vr̃ accuſaſſe potius ꝑ iniuriam,quam ius: ſi vero reus non fuerit paſſus grauiores expẽſas,vt ſupra,& accuſator potuit ignorare factum: tunc dico poſſe ꝯdemnari de eo,quod fuerit ꝓbatum vltra poſitum in libello. Nũ

2 quid accuſator †deficiens in ꝓbõne eo ipſo calumniari videat̃?& vr̃,ꝗ ſic,ſm Spec.in tit. de acc.num.24. Sed hæc opinio non placet. qa põt ꝯtingere,ꝗ iuſto errore accuſauerit, Bart.in l.athleta.§.calũniator.ff.de inf.quare in hoc ſtandum eſt conſcientiæ Iudicis, q ꝯſiderabit,qua mente ad accuſationem accuſator ꝓceſſerit,&ſi in euidenti calumnia teperiet eum,legitima pœna afficiet.l.1. ff. ad

3 Turp.Et ſi † qs ꝑ calumniam accuſauerit,licet ante litem ꝯteſtatã deſiſtat, poterit tñ puniri, licet multi teneant ꝯtrarium ꝑ rl̃am, ꝗ q accuſat,& ſubito deſiſtit,non vr̃ accuſare: Sed dic poſſe puniri:qa iam iniuria eſt illata accuſato, vt ſupra in dictis iuribus.Sed ſi qs accuſauerit ꝑ modum exceptionis,licet expreſſe

presse apparet de calumnia, non poterit tñ ɔdemnari:qa ignoscit illi, qui ꝓuocatus est,
4 diceť in sequenti e. Quid si accuso te, † ꝙ vulnerasti Titium de mense Nouembris, & probatum est, sed excipitur, ꝙ Titius fuit bannitus de dicto mense, & ſm leges ɔtra exules pôt impune offendi? vertit in dubium: qa in ꝓcessu non apparet, an ante, vel post vulnera fuerit bannitus, Nunqd ꝓ vulneribus venias ɔdemnadus? Et licet opiniones, & auctoritates sint vtrinq; dico te accusatum absolui dñe, quia in delictis ꝓbônes in ɔdemnando debeat necessario concludere Ang. in verb. de anno pñsenti, num. 6. vbi vtrinq; alle
5 gat. Postremo notandum est † ꝙ semiplena ꝓbô releuat accusatorē à calũnia nisi reus ɔtrarium plene ꝓbet. Bal. in l. fi. C. de prob.

1 ☞ *Accusatio per modum exceptionis quando habeat locum, & per quæ inducatur?*
2 *Accusatus excipiens contra accusantem de crimine, & petens illum de eo condemnari, videtur accusare. & super ea tanquam super accusatione procedendum erit, & in hoc accusationis substantialia erunt obseruanda.*
3 *Accusatus non potest opponere crimen in modum exceptionis lite contestata.*
4 *Accusatione per exceptionem proposita contra quem prius procedendũ sit ad capturam, an cõtra accusatorem, vel accusatum excipientem?*
5 *Exceptio accusatoria in quibus ab accusatione differat?*
6 *Excipiens de crimine, & non probans, an puniatur vt calumniosus accusator?*
7 *Prouocato ignoscitur.*
8 *Pœna tallionis hodie sublata est, & quare.*

De modo accusandi ꝓ exceptionem. Cap. 6.

1 EST & alius † modus accusandi ꝑ exceptionem, ꝑ quem ꝓcediť, & cognoscitur de maleficio vltra supradictũ modum l. qm̃. C. ad l. Iul. de adul. quo casu qñq; crimina obijciunť ꝑ accusatum via exceptionis, qñq; ɔtra ꝓducentes falsa, vel suspecta instrã, siue testes, & similia: & tunc aiaduertẽdum, & distinguendum est, videlicet, si accusatus excipit ɔtra accusatorem solum ad repellendum eũdem accusatorem ab accusatione sua, siue ad derogandum fidei testiũ, siue fidei instrõꝝ: tunc tales exceptiones non habent vim accusationis ꝑ rñm. q excipit non accusat l. rescriptum. ff. de mune. & honor.
2 Si vero crimen † fuerit obiectum ꝑ accusatũ non solum ꝑ exceptionem: sed ẽt fuerit petitum, ꝙ accusator ɔdemnetur: tunc accusatus non solum excipere, verum accusare vř: & ta li casu ꝑ Iudicẽ ꝓcedeť tanq̃ sup accusatione. l. vna. ff. ut bo. rap. l. 2. ff. de tab. exhib. Et notandum est, ꝙ in tali casu debet, & teneť excipiens ponere locum, annum, & mensem commissi delicti perinde, ac in accusatione. Bart. in l. 1. ff. de excep. & est rô, q excipit ac
3 cusare videť vt supra. Limita pdicti, † ꝙ lite ɔtestata accusatus non pôt opponere crimẽ in modum exceptionis. l. 1. § extraneis. ff. de
4 adult. & qa plerunq; contingit † in facto: ꝙ ꝓposita suprascripta exceptione in modũ accusationis incertus est Iudex contra quem ꝓcedere debeat ad capturam, & tali casu si pœna corporalis venit imponenda ꝑ ꝑ grauitatem, & qualitatem delicti accusatus, & accusator carcerabunť. vt verius cognoscať de delinquente: nec relaxabunť, nisi cognito de licto: & est rô, qa in tali casu vtraq; pars est accusata. Si vero non erit pœna corporalis imponenda Iudex relaxari ꝑmittet, datis tñ fideiussoribus, vide Cyn. l. fi. C. de acc. Quid si isti relaxari non paruerint foro, & Iudici, qũo ꝓcedeť? diceť infra in tit. de captura, & carcere. Postremo animaduertendum est, ꝙ exceptio supradicta, & ꝓposita modo, quo
5 supra pro accusatione hř, sed tñ differt † ab accusatione, de qua in titulo pcedenti: quia
6 † qñ crimen obiectũ accusatori ꝑ modũ, & viam exceptionis non ꝓbať, non ꝓcedit cõtra ipm̃ excipientem ad aliq̃ pœnam, vt puta de calumnia, siue in alijs pœnis in qbus ꝓcediť ɔtra de accusantes de calumnia ɔuictos. Et rô diuersitatis reddi pôt: qa parciť accusa
7 to, q ꝓuocatus est: ignosciť † enim illi, q prouocatus est l. si adulteriũ. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adult. vnde accusatus ꝑ exceptionem accusans excusať: qa quouis modo licet sanguinẽ ꝓprium redimere. [Sed hoc tpe, & ẽt tpe Romanoꝝ, vt membrum ꝑ membro deberetur sublata fuit pœna tallionis, ea ratione ꝙ nemo est dñs membrorũ suoꝝ in hoc actu accusandi, prout not. per Dec. in l. imperium, col. 4. ff. de iur. omni. iud. ꝑ Moder. in l. inuita beneficium. ff. de reg. iur.]

1 ☞ *Denunciator est ad instar accusatoris, fallit in his, qui ratione officij ad id tenentur.*
2 *Denunciare quis teneatur maleficium cõmissum in*

in confinibus duarum villarum?
3 *Iuratus tenetur denunciare delictum finito officio suo, de quo non habuit ante notitiam.*
4 *Chyrurgi, siue Syndici, qui tenetur vulnera denunciare, an leues percussiones denunciare teneantur, vel eos qui cũ vnguibus offenderint?*
5 *Denunciantes malitiose non aggrauantes delictum, tenentur de falso.*
6 *Denunciantes aliquem qui non deliquit, an, & quando excusentur?*
7 *Denunciantes ratione officij, an ad expensas teneantur?*
8 *Denunciantibus officialibus, quando, & in quibus casibus credatur?*
9 *Denunciare qui tenentur sub pœna, an excusentur si accusator preuenerit?*
10 *Iurati an teneantur denunciare delicta, quæ de iure non sunt punienda?*
11 *Denuncians an possit recipi in testem.*
12 *Denuncians an consequatur beneficium statuti præmium proponentis indicanti delictum, vel accusatori?*
13 *Absolutus à denuncia an perinde sit, ac si absolutus foret ab accusatione?*
14 *Denunciatione facta per saluarium, non dicetur de delicto constare.*
15 *Denunciatio sola non facit aliquam ꝓbõnem, vel indiciũ, sed tantum sufficit ad inquirendũ.*
16 *Denuncians an teneatur edere libellum, sicut accusator?*
17 *Denunciatio quando sapiat accusationem, vel instigationem.*
18 *Iurati, qui tenentur denunciare, etiam casus fortuitos notorie impunibiles denunciare debent.*

De denunciatione. Cap. VII.

Dictum est supra de accusatione, hic
videndum est denunciatione, ꝑ quã
Iudices ꝓcedunt. l. ea quidem. C. de
1 accusationibus. Denunciator † est ad instar
accusatoris, & debet assistere denunciationi,
sicut accusator accusationi suæ: Fallit tñ in
officialibus, & Iuratis, & seu Marigis villaꝝ,
& alijs ꝑsonis, q̃ ꝑ statuta locoꝝ seu ꝑ leges
principum teneñ denunciare: tali. n. casu Iu
dex ꝓcedit ex offõ, vt in supradicta. l. ea qui
2 dem. Si delictum † committeẽ in confinibus
duarum villarum Iurati vtriusq; villæ tenen
tur denunciare. l. 1. C. vbi de crim. agi opor.
3 Iuratus † teneẽ finito offõ suo denunciare
delictum, de quo non habuit ante notitiam.
l. nam, & si seruus. ff. de nego. gest. Chyrurgi,
4 siue † Syndici villarum, qui tenentur denun-
ciare vulnera, non tenentur denunciare le
ues ꝑcussiones, nec ẽt denunciare eos, qui
offenderint cum vnguibus: cum tales offen
dentes non incurrant pęnam statutoꝝ pro
hibentium offendere cum armis. Ang. in l.
armatos. ff. de ui pub. Idem in l. pignore. §.
5 q furem. ff. de furt. Prædicti † Iurati si denun
ciauerint delicta, & non aggrauauerint ꝯtra
veritatem malitiose, siue certa pecunia, siue
ad suggestionẽ alicuius teneñ de falso, Bald.
in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. Idem ẽt habe-
bit locum in eo, qui induxerit ad denuncian
dum inique aliqd' maleficiũ æqualr̃ punieẽ
de falso l. lex Corn. §. fi. ff. de fal. & ibi Bart.
6 Sindici denunciantes † aliquem deliquisse, q
tñ nõ deliquit, excusanẽ, si crediderunt ꝑso
nis, q bus q libet alius credidisset; alr̃ puniun
tur, siue saltẽ ꝯdemnanẽ in expensis, Bart. in
7 l. athletas. §. fi. ff. de inf. Prædicti † aũt oẽs q
ꝑ offm̃ denunciant non teneñ ad aliquas
expensas, Bar. in rub. de off. asses. C. sed si prę
dicti assistent denunciationi suæ, ꝯdemnabũ
tur in expensis, q a tunc funguñ offõ accu-
satoris, & non denunciãtis, cum talibus suffi
8 ciat denũciare tm̃. Supradictis † officialibus
rl̃r non crediẽ si crimen est graue alr̃ sic, dũ-
modo denuncient de visu Bart. in l. diuus. ff.
9 de cust. reo. Iurati, q † teneñ denunciare de
licta sub certa pœna, non excusanẽ à pœna,
licet alius ꝑuenerit accusator. Et rõ esse põt
ꝙ interest reip. qm̃ põt ꝯtingere: ꝙ ꝑ accusa
torem leuiter accusarenẽ. l. 2. ad Turpil. Irẽ
10 † teneñ denunciare delicta, q̃ non sunt pu-
nienda de iure, nec excusanẽ: q a non spectat
ad ipsos Iuratos cognoscere, sed ad Iudices,
& ipsi Iurati possent semꝑ se excusare. Prędi
cta multi limitant non hr̃e locum in delicto
notorie nõ punibili, vt puta in occiso, q erat
bãnitus, & erat notorium. Ang. in l. neqs. C.
vt nemo priua. sed dic, vt supra dcm̃. est De-
11 nunciant rl̃r † non põt recipi in testẽ, imò
ipse debet testes idoneos ꝓducere, licet non
teneaẽ assistere. l. diuus. §. denuncia. ff. de qõ.
põt tñ recipi in testem: qm̃ Iudex ꝓcedit, nõ
ad denunciam, sed ꝓcedit ꝑ inquisitionem,
& sic cauti assessores ꝓuident, ꝙ qñ non hñt
alios testes, ꝓcedunt ꝑ inquisitionem, & exa
minant tales deputatos ad denunciandũ, &
tali casu crediẽ ꝑdictis vide Bar. in d. l. diuus.
12 Si ꝑ statutũ † daẽ ꝑmium indicanti delictũ,
an denuncians possit ꝯsequi beneficiũ talis
statuti

statuti perinde,ac si accusaret? dic,q̄ sic.Idem ẽt tene,q̄n statutum daret prœmium accusatori: q̄ h̄ret locum in denunciatore Ang.in l.diuus.ff.de cust.reo℞. Et rō reddi pōt,q̄ in teresſ Reip. vt quanto citius possit, manifestentur delinquentes l. eum,qui. ff. de iniur. Deinde ẽt alia rō reddi pōt:q̄ idem effectus quo ad dilationem pœnæ, sequiẽ ex denūciatione,q̄ seq̄ẽ ex accusatione.l. q sepulchrū.
13 ff.de sepul.viol. Absolutus † à denuncia,perinde est,ac si absolutus foret ab accusatione, licet muti tenuerint ↄtrarium,q̄ æque deducit,& ꝓcedit ↄtra reum ꝑ denunciantē,sicut ꝑ accusatorem,isti ẽt plus dn̄t:q̄ iudex absoluendo à denuncia debet dicere denunciationem minus bene delatā,ad hoc allegāt text. in l.diuus supra allegata: Tene tn̄,vt in principio dcm̄ est,nisi non legitime fuisset ꝓcessum, ꝓut supra dcm̄ est de absoluto ab accu
14 satione. Denunciatio † facta ꝑ Saltuarium siue iuratum, siue alr̄ ad hoc deputatū de aliquo maleficio ꝑ dictam denunciationem, non diceẽ ↄstare Iudici delictum esse cōmissum, quemadmodum de delicto ante oīa cōstare debet Iudici ꝓut supra dcm̄ est sub tit. accusationis,Itaq; Iudex debet se informare de maleficio vltra talem denunciationē,q̄ vt supra non sufficit. Ant.de But.in c.vestra de
15 coha.cler.& mulie. Denunciatio † ẽt sola nō facit aliq̄ ꝓbōnem,vel indiciū,nisi in leuib' Bart.in l.diuus.ff.de cust.reo. Denūciatio de ꝑ se est sufficiens indiciū ad inquirēdū Bar.
16 in d.l.diuus, Denuncians † non teneẽ edere libellum,sicut accusator: q̄a q denunciat ex pedire agere vr̄ c. nouit in fine extra de Iud. Intellige tn̄ ꝑdicta h̄re locū in ꝑsonis denūciantibus vigore statuto℞,siue ↄsuetudinis, q̄ ẽt vt supra non teneñ assistere denunciantioni sua,& intuitu,& rōne taliū ꝑsona℞ differt denunciatio ab accusatione noīe, & effectu,secus aūt in alijs denunciantibus:q̄a tūc
17 † denunciatio plus sapit accusationem, siue instigationē,quā inq̄sitionem,& tali casu tales denūciantes pn̄t in expēsis ↄdēnari,vt supra,& infra dicet sub tit. Inq̄sitionis. Iurati
18 villa℞,† q tenenẽ denunciare maleficia tenẽtur ẽt denunciare casus fortuitos : q̄a an sit punibile,vel ne, spectat ad iudicē cognoscere Ang.in verb.ↄtra Gaiū hom.Extende q̄d licet : maleficia essent impunita ẽt ꝑ aliq̄d' statutum, seu ↄsuetudinē, attn̄ teneñ denūciare,fallit tn̄ s̄m Ang. i l.ne q̄s.C.vt nemo priua. q̄n notorium esset occisum esse bannitum,qui per statutū offendi pōt impune.

1 *Iudex quando, & quibus præcedentibus ad inquisitionem procedat.*
2 *Clausula, sæpe & sæpius, &c. quare in inquisitione ponatur.*
3 *Iudex licet cognoscat aliquod delictum, tamen non procedet, nisi præcedant super eo clamor, & diffamatio.*
4 *Inquisitio formari non debet nisi pro grauioribus criminibus.*
5 *Iudex indebite inquirens tenere ad omnes expensas,& interesse partis indebite vexatæ.*
6 *Inquisitio loco libelli succedit,& est remedium in defectum accusationis.*
7 *Inquisitio formari non potest post lapsum annorum viginti,nec etiam accusatio admittitur.*
8 *Statutum prohibens accusatorum, videtur etiā prohibere iudicem inquirentem.*
9 *Inquisitio quotuplex sit? & q̄ dicatur generalis?*
10 *Iudici ante omnia constare debet de delicto.*
11 *Inquisitio quid continere debeat? & an idem quod accusatio?*
12 *Inquisitio in quibus differat ab accusatione?*
13 *Statutum tribuens beneficium inquisitioni an extendatur ad accusationem,& è contra?*
14 *Testes post dicta testificata in inquisitione ex officio formata recipiuntur, secus in accusatione.*
15 *Inquisitio facta aliquo instigante sapit accusationem,vnde instigator ad expensas cōdemnatur,si inquisitus absoluatur.*
16 *Minor 25. annis pro accusatore regulariter examinari non potest, secus in inquisitione.*
17 *Testes non idonei in inquisitione admittuntur, secus in accusatione.*
18 *Inquisitione pendente si superueniat accusator quando audiatur?*
19 *Accusator superueniens quando à iudice inquirente repellatur?*
20 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis contra subditum pro delicto commisso extra territorium.*

De Inquisitione. Cap. VIII.

SVpra dictum est de diuerso modo accusandi,superest videre,quo pacto deficiē te accusatore pro purgādis ciuitatibus malis hominibus per Iudices procedatur.
1 Imprimis sciendum est,q̄ tunc † Iudex ad in

quisitionem procedit, cum clamor validus ad eum peruenit, & à personis honestis, & non suspectis, & sæpe, & sæpius. Qua de
2 re † in inquisitione ponunt illa verba. Sepe, & sæpius, Ang. in ver. non semel, & hæc sunt de iure diuino, vt ibi. Descendã inqt Deus, & videbo si clamorem, q venit ad me, opere pfecit. Et dixit ops Deus descendam, & vide bo tanq̃ Iudex, alioquin tanq̃ Deo oia certa explorata, & in ɔspectu sunt. Vnde elicit,
3 qđ licet, † Iudex cognouerit aliqđ delictũ, non tñ ꝓcedet, nisi pcedant sup ea clamor, & diffamatio, vt supra, iuxta ẽt dcm̃ euangelicum, mulier qs te accusat? Et sic intellr pdicta snia euangelica: vt non ꝓhibeat inquisitionem simplr. Sed qñ non pcessit clamor, licet dicta snia p Gand. & alios scribentes in principio suæ practicæ alr itelligat. Caueãt
4 ẽt Iudices, vt non, † nisi ꝓ grauibus criminibus inquirant: non. n. est inquirendum de leuibus, qa tunc magis inquirunt marsupia, q̃ delicta. Deus perdat iudices auaros. Et tales
5 † Iudices indebite inquirentes tenent ad oẽs expensas, & interesse partis indebite vexatæ & maxime qñ apparet de culpa Iudicum
6 l. filiusfam. ff. de Iud. Inquisitio † loco libelli succedit, & inquisitio est remedium in defectum accusationis, ne delicta remaneant impunita Innoc. in c. super lris de rescriptis. Iu
7 dex non inqret post lapsum annoꝶ viginti, quo elapso qs non admittit ad accusandũ,
8 sicut dcm est supra. Quare † statutũ ꝓhibẽs accusatorem, vr ẽt ꝓhibere Iudicem inquirentem. l. non solum in §. quamq̃. ff. de iniu.
9 Inquisitio duplex † est, vna gñalis, alia specialis, Gñalis diuidit, in quatuor, primo cũ prætor inquirit quo ad delicta, & psonas, videlicet, si sunt aliqui pena digni in sua ꝓuincia. Alia ẽt gñalis qđ psonas, specialis ad delicta, videlicet, qñ delictum est notorium, sed ignorat delinquẽs. Tertia gñalis ad delicta, specialis ad psonas, videlicet, qñ syndici inquirunt ɔtra ptãtem, & familiã. Quarta est gñalis contra personas, videlicet, cum inquritur contra ciuitatem, specialis est cõtra delicta & personas. Supradicta ꝓbantur l. congruit. ff. de off. præsi. c. per inquisitionem de accus. l. aliud. ff. de reg. iur. Iudici ante omnia
10 † cõstare debet de delicto, sicut dcm̃ est in c. de accusatione, & solennitas, q̃ requirit in ea, requiritur, & in inquisitione, licet in ali-
11 quibus fallat, & infra dicet. Inquisitio † debet ɔtinere certum tps, & locum, put de accusatione dcm̃ est: Non viciat pp aliq̃ falsam adiectionem, vt puta cognomen: dummodo aliæ demonstrationes sint veræ, nota
12 tur in l. In ijs. ff. de her. inst. Inquisitio † differt ab accusatione, quia fit ex mero offõ, & est magis fauorabilibus. Vnde statutum,
13 † tribuens beneficium inquisitioni, non extendit ad accusationem, econtra vero sic gl. in c. in fidei de Hæret. Inquisitio differt ẽt in
14 formando ꝓcessu: qm̃ † post didicita testificata pñt recipi testes, in accusatione non vtique. Intelligo pdicta in inquisitione facta ex offõ tm̃, secus vbi inquiritur aliquo promouente. not. in auct. qui semel C. de test. Et rõ
15 est, quia inquisitio † facta aliquo ꝓmouente, siue instigante sapit potius accusationẽ, & tales psonæ ɔdemnant in expensis si inquisitus fuerit absolutus. Bal. in l. obseruare ff. de offõ procon. Ideo dat cautela, ne tales instigatores sinant se nominare in actis. Mi
16 nor † 25. annis rlr ꝓ accusatore examinari non põt, secus in inquisitione, quo casu ẽt
17 testes † non idonei admittunt, qui in accusatione nõ admitterent. Bal. in l. 1. C. de sum. Trin. & fid. cath. Et rõ esse põt, q testes examinati ex offõ non psumunt falso deponere: qm̃ carent instigatione. Limita tñ dcm Bal. vt i tract. meo de Indicijs p visum vnius testis. Item pœna legis mutari põt, secus in accusatione l. nõ solum. §. q̃q. ff. de Iniur. In
18 quisitione pendente † si superueniat accusator, audiet qñcunq; ante sniam: qa p accusationem cessat inquisitio, & acta facta Iudice inquirente valebunt in accusatione: qa tendunt ad vnum finem. Assessores aut intimare pñt hæredibus occisi, si intendunt aliquo suo iure vti, qbus existentibus in mora inquisitio ꝓcedet, & accusator non audiet. Limita
19 ẽt pdicta, q Iudex † repellet accusatorem superuenientem, si certus erit de collusione, siue de puaricatione. no. in l. 3. ff. de lib. hom. exhib. Item repellet accusatorem, qñ est negligens. fallit tñ secundo aliquos, qñ suam, vel suo reum ꝓsequit iniuriam l. 2. §. fi. ff. de adul. Quid si interfectus non habuerit hæredes? Iudex ꝓclamari curabit, siqs accusare intendit, statuendo terminum accusare volẽtibus, Sed aduerte, q ɔsulit Iudicem prius inquirere, quam ꝓclamare, & hoc pp periculũ collusionis accusatoris cũ accusato. Item pp negligentiã quia tarde examinare põt et testes

testes, q testes interim facile corrumpi possent. Paul. de Cast. cons. 24. vol. 1. Postremo 20 † quæritur an inquisitio formari possit per Iudicem originis contra subditum pro delictis commissis, extra territorium? Respondetur vtrinque esse magnas auctoritates, & communem opinionem reputat, q Iudex originis possit formare inquisitionem, & punire. Secundum tamen statuta loci delicti. Ang. in ver. hæc est quædam inquisitio.

1 Iudex quādo ad capturam procedere possit.
2 Relaxatio rei capti quando statim fieri debeat absque expensis non expectata sententia?
3 Captura rei an, & quando fieri possit sine auctoritate iudicis?
4 Repertus in flagranti crimine potest à quocūque capi, sed non detineri, nisi per viginti horas.
5 Commissio rectorū de capiendo aliquo, durat etiam in tempus successoris si facta fuerit cum causæ cognitione.
6 Capi potest in ecclesia reus propter atrox delictum, & quid in aliis delictis.
7 Captus pro leui crimine pro quo non ingeritur pœna sanguinis relaxari debet fideiussoribus, alias iudex tenetur in syndicatu.
8 Carcer est species tormenti.
9 Fideiussores non sunt recipiendi vbi pœna corporalis, aut banni ingeritur.
10 Membrorum suorum nemo est dominus.
11 Relaxari fideiussoribus quibus casibus reus minime debeat, licet pœna corporalis nō ingeratur?
